



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Dispvtaones Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Dispvttatio XXXIX. De obiecto intellectus Angelici naturaliter spectati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

DISPUTATIO  
TRIGESIMA-NONA,

De obiecto intellectus Angelici naturali-  
ter spectati.

- Sect. I. An & quatenus Angelus seipsum, alios Angelos, & Deum  
cognoscat naturaliter?  
Sect. II. An & quatenus Angeli cognoscant materialia singularia,  
preterita & futura?  
Sectio III. An & quatenus cognoscant Angeli naturaliter cogitatio-  
nes cordium?  
Sectio IV. Quid lateat Angelos hac in parte?  
Sectio V. An sit de fide ignorant ab Angelis secreta cordis?  
Sectio VI. Cur aeterna cordis ignorentur ab Angelis?  
Sectio VII. Appendix de locutione & illuminatione Angelorum.  
Sectio VIII. An & quatenus Angeli cognoscant mysteria gratiae, & ensia  
supernaturalia?

Obiectum  
adequatum  
intellectus  
Angelici.



OBIECTUM adequatum intellectus Angelici natura-  
liter spectati completur aliqua ratione quicquid est  
intelligibile, siue ens, siue non ens, possibile aut  
impossibile, verum aut falsum, creatum aut increatum,  
naturale aut supernaturale: quamuis non omnia eod-  
em modo, neque eadem perfectione attingat. Si enim intelle-  
ctus humanus, Angelico inferior, per omnia vagatur aliqua ratio-  
ne, nihilque est quod attingere non possit aliquatenus, vel per con-  
ceptum proprium & germanum, vel per improprium, alienum &  
analogicum: adequatum vel inadequatum: intuitivum vel abstra-  
ctivum: expressum vel confusum, particularem, aut universalem,  
& praecisum, saltem ut entis, aut intelligibilis, vel imaginabilis:  
quanto magis Angelicus? Ista enim latitudo obiectiva per se arguit  
in potentia perfectionem & amplitudinem, quae multo maior in  
Angelo, quam in homine censeri debet. Speciatim autem dispu-  
tant hi Theologi cum D. Thoma q. 56. & 57. An & quatenus cog-  
noscunt Angeli 1. seipsos & alios Angelos. 2. Deum. 3. materialia.  
4. singularia. 5. futura. 6. cogitationes cordium. 7. mysteria gratiae.  
Qua de re doctrina D. Thomae est, Angelum intelligere seipsum per  
suam substantiam, quia est intelligibile subsistens. Alios Angelos, per  
eorum species, ab initio sibi congenitas. Deum, non modo per crea-  
turas corporeas, ut homines: sed etiam per suam naturam Angelicam,  
in quantum est similitudo Dei. Materialia vero, etiam in singulari,  
cognoscere per eorum species a Deo influxas. Sed futura conueni-

gentia seu libera, & cogitationes cordium, & mysteria gratiæ, esse illis naturaliter ignota in seipsis. Quia non habent omnia futura in æternitate sibi presentia, ut Deus. Neque voluntas creature rationalis, à qua sola pendent cogitationes cordium, illis subiacet, ut Deo. Multoque minus voluntas diuina, à qua sola dependent mysteria gratiæ.

SECTIO I.

An et quatenus Angelus seipsum, & alios Angelos, & Deum cognoscat naturaliter?

Quænam Angelus est naturaliter cognoscere seipsum?

**D**ICO primò, Angelum quemlibet se suaque omnia accidentia naturalia, atque alios omnes Angelos, & animas racionales, gerere, proprie, & intuitiue posse cognoscere naturaliter: etsi non adequatè & comprehensiuè.

Prima pars est communis Theologorum affirmantium prædicta omnia esse valde proportionata nature Angelicæ; cum sint per se naturaliter intelligibilia, & natura Angelicæ sit perfectè intelligens, multoque præstantior, quam animæ rationalis sensibus alligata, & se suaque ac cetera spiritalia imperfectè tantum & confuse cognoscens. Confirmatur, quia cum Angeli sint completè intelligentia, valde perfectæ: non est illis neganda aliqua cognitio, nisi quam vel ratio naturalis cuiusdam, vel reuelatio diuina, aut traditio certa doceat conuenire illis non posse. At huiusmodi non est cognitio germana & intuitiua prædictorum. Nam ratio potius suadet ea, quippe immaterialia, & eiusdem ordinis naturalis, esse valde proportionata intellectui Angelico. Scriptura verò, & traditio diuina, vel sanctorum Patrum, negat tantum Angelis claram & propriam cognitionem naturalem mysteriorum gratiæ, cogitationum cordis, & futurorum librorum, eo sensu qui inferius declarabitur. Quod autem allegatur ex Iustino Martyre in libro Responsorum ad Christianos q. 76. Nec animus animum videt, nec Angelus Angelum, &c. mendosum est, ut rectè ostendit Suarez. lib. 2. cap. 2. num. 12. Ibi cumque Iustinus immediate ante, & iterum proxime post verbe citata, contrarium de animo dixerit, & expressis verbis affirmat. Auctores vero imperfecti operis in hæc haum homil. 5. in fine, dicit quidem Angelum, si voluerit, non videri à diabolo. Sed non negat, quod etiam naturaliter videri possit, si non impediat. Et cum addit, occultationem illam fieri secundum Dei dispensationem, istamque specialiter tribuit bonis Angelis, videtur loqui de virtute diuina & præternaturali.

Iustin.

Suarez.

Pseudo-Chryso.

Secunda pars, quod Angelus non cognos-

cat prædicta omnia comprehensiuè, patet supposita definitione comprehensiuæ cognitionis: quæ est, ut res cognoscatur omnino quantum cognoscibilis est, ita ut nihil penitus lateat ex quo possit melius cognosci. At Angeli non ita norunt obiecta supra dicta. Quia non norunt quid sit & quidditatiuè, quantum v. g. extendat se potentia obediencialis natura Angelicæ, vel animæ rationalis, & ad quænam & quam multos effectus supernaturales eleuari possit. Qui effectus, cum sint in substantia supernaturales, excedunt, etiam singuli, naturalem Angeli capacitatem, ita ut non possint naturaliter ab ipso cognosci. Non potest autem perfectè & quidditatiuè cognosci obediencialis potentia, non cognoscendo quidditatiuè & perfectè ipsius termino. Sic etiam non norunt distinctè & perfectè, quam multi & diuersi specie actus naturales possint elici ab intellectu Angelico vel humanæ tota æternitate à parte post. Quippe qui sunt infiniti. Infinitum autem non potest distinctè cognosci & comprehendi ab intellectu finito. Item non possunt perfectè cognoscere dependentiam sui, & eorum aliarum, à Deo. Quia hæc non potest perfectè cognosci, nisi cognoscatur quidditatiuè actio Dei creatantis & conseruantis. Hæc autem naturaliter non potest cognosci quidditatiuè ab Angelis, ut mox dicemus. Non possunt etiam naturaliter cognoscere distinctè & perfectè, quam multarum formarum substantialium specie diuersarum sit capax materia prima: quippe quæ est capax infinitarum. Quare ne minimum quidem è compositis substantialibus tali materia constantibus comprehendunt. Conferunt nobis hac in parte Ioan. de Salas 1. 2. tr. 2. disp. 4. sect. 6. num. 89. citans Ocamum in hanc sententiam, nec improbens, sed defendens contra Oquandum & alios dissentientes.

Non cog. notat. comprehensiuæ.

Salas.

Suarez. Valquez. Molina.

Dico secundò, Angelum ex seipso, & ex aliis Dei effectibus, posse venire naturaliter in Dei cognitionem: non tamen intuitiuam, neque quidditatiuam & propriam, sed confusam tantum & analogicam. Ita Suarez. lib. 2. cap. 17. & sequent. Vasq. disp. 206. cap. 1. Molina ad art. 3. q. 56. conclus. 2. & alii communiter.

Prima pars facilis est. Si enim homines inuisibilia Dei conspexerunt per ea quæ facta sunt, ut ait Apostol. Rom. 1. v. 20. quanto magis Angeli perspicaciores hominibus? variis autem modis potest Angelus ex seipso & ex aliis creaturis Deum cognoscere. Pri-

Angelus potest venire naturaliter in Dei cognitionem: id est, multiplaciter.

mo, quia cognoscit euidenter se & alia creata non esse à se, sed producta ex nihilo à aliquo entis à se. Quod ipsum potuit intelligere primo momento quo fuit. Potuit enim videre se primo in instanti creationis suae, seruato tantum naturae ordine inter obiectum vel potentiam, & actum cognoscendi. Atque ita experimento cognouit, se non esse à se; sed à Deo pendere. Non tamen vidit creationem ipsam, ut nec videt deinceps naturaliter conseruationem quā permanet, neque diuinum concursum immediatum quod concurrat cum ipso, & cum aliis causis secundis. Hæc enim penitus diuina sunt, & non magis possunt videri naturaliter, quàm Deus ipse: licet possint alio modo cognosci.

Angelus se  
cognoscit  
primo in  
stanti crea-  
tionis.

Consensum tamen est, ut Angelus viderit primum suum esse. Quia in primo instanti creationis habuit perfectam intelligentiam, & potuit cognoscere esse proprium cum illa determinatione, scilicet quod antea illud non cognoscebat. Nam iste actus reflexus simul cum alio esse potuit ab initio in Angelo. Neque suspicandum est, quod Deus non concurreret cum Angelo ad illum elicendum. Deus enim secundum exigentiam causarum secundarum operari solet. Quare Angelus videns & cognoscens creatus est, iamque meminit suae originis, quàm statim ab initio cognouit.

Secundo, potuit etiam facile intelligere se & alia creata non esse à se, cum habeant esse adæquatum, atque etiam, temporaneum ut experimento didicit in sua & mundi creatione. Vnde tandem illi facile fuit ad primæ causæ cognitionem aliter. Tertio, potuit etiam Deus impressione aliqua manifestare Angelis se esse: & certum est id reuelasse omnibus, sequè ut finem supernaturalem illis proposuisset. At hæc non de reuelationibus, sed de naturali tantum cognitione disputamus.

7.  
Angelus  
cognoscit  
naturaliter  
Deum, per  
seipsum, ut  
per mediū  
cognitum.

Cum autem dico Angelus per suam substantiam, & per alias res, cognoscere Deum: intelligo tanquam per medium cognitum. Ad quod non requiritur aliud medium incognitum, seu species Dei impressa: cum intellectus sufficienter determinetur ab obiectis directe cognitæ, ex quibus indirectam illam Dei notitiam elicit. Nec obest, quod substantia Angeli non sit effectus adæquatus virtuti diuinæ, ut idem non possit Deum representare. Quamuis enim neque Angelus, neque totum vniuersum, sit effectus adæquatus virtuti diuinæ, & non sit ratio Angelis cognoscendi Deum perfectissime: est tamen ratio sufficienter cognoscendi aliquatenus, etiam conceptu proprio, id est, non communi, sed peculiari; licet non omnino distincto, neque proprio alio sensu, id est, germano & quidditatiuo. Sufficit enim quod sit effectus Dei proprius, quamuis non adæquatus, ut ex illo possint Angeli & homines deuenire in notitiam Dei tanquam causæ illius propriæ. Non obest, etiam quod

Angelus non sit imago Dei perfecta, imò non pauca habeat oppositiones ad diuinam perfectionem. Nam vnum diuersum, quamuis imperfectius, ostendit aliud, cui necessario ita connexum est, ut sine ipso nec esse, nec intelligi perfecte possit. Sic effectus ostendit causam à qua necessario & essentialiter pendet: idque tanto perfectius, quanto magis accedit ad causæ perfectionem, maioremque cum illa proportionem habet. Vnde sequitur Angelos substantiâ perfectiores, eò magis ipsa Deum cognoscere naturaliter. Idemque dico de aliis Angelis & creaturis, quibus vemediis & veluti gradibus ad Dei cognitionem ascendunt.

Adde, cum Angelus Deum per seipsum cognoscit, vel per alias creaturas, ut per medium cognitum, vna eademque cognitione attingere vtrumque. Connexa enim ut connexa, & relatio ac terminus, cognoscuntur necessario eodem actu. At Angelus Deum per se, vel per alias creaturas cognoscens, cognoscit ut connexum, & ut terminum habitudinis transcendentalis, quia creaturæ habent ad ipsum, ut effectus ad causam, & velut essentia participata & dependentia, ad id à quo participant & pendunt.

Atque ut inde incipit prima Dei cognitio naturaliter inter homines: sic inter Angelos cœpisse probabilis est. Nec aliter potuit incipere, nisi Deus impresserit speciem, vel aliquid per modum speciei, quo directe & immediate in Deum ferri possent. Cuius impressionis naturaliter debita & facta nullum iudicium est. Posita tamen prima cognitione Dei per creaturas habita, & speciei talis cognitionis ex actu relicta: possunt deinceps Angeli per vsum inadaquatam illius speciei de Deo solo cogitare sine respectu ad creaturas, secundum attributa ipsius absoluta, entis à se, infiniti, sempiterni, immensi &c. Ut è contrario possunt etiam se, & alias creaturas cognoscere inadaquatè sine respectu ad Deum, quoad attributa secundum modum concipiendi & significandi abstracta & absoluta à tali respectu. Sicut enim nos oculo corporeo videmus albedinem non visa tali dependentia, sic &c. Quare cognitio qualibet substantiæ Angelicæ, vel aliarum creaturarum non est necessario connexa cum cognitione Dei: neque è contrario, quæuis cognitio Dei est necessario connexa, vel identificata potius cognitioni creaturarum.

Angeli  
cognitio de  
Deo cœpisse  
creaturis  
directè &  
indirectè  
sine illis  
Deum cog-  
noscere.

Adde præterea posse Angelos Deum per se, vel per alias creaturas cognoscere, tum per discursum, tum etiam sine discursu tam formali, quàm virtuali. Per discursum quidem; multiplicando cognitiones realiter, & vnam ex alia gignendo, qui discursus formalis est. Sine discursu verò formali, inferendo Deum ex creaturis, vnico actu simplici, æquivalente multis illis, ex quibus formalis discursus coalescit. Itemque sine omni dis-

10.  
Cognoscit  
Deum per  
discursum  
& sine dis-  
cursu.

curfus, tam formali, quam virtuali, per iudicium simplex, vel per simplicem apprehensionem: qualem habet is, qui in imagine prototypum agnoscit, vel relationem apprehendit ut selem, aut connexa & vnita ut talia. In quibus omnibus cognoscendi modis non tanta inest perfectio vel imperfectio, ut Angelis negandi sint, sicut inferius ostendemus disp. 40. sect. 2.

11. Quocumque autem modo per se, vel per alias creaturas Deum Angeli cognoscant, etiam vnico actu, non est necesse, vt sicut se vel creaturas illas quidditatiue & intuitiue cognoscunt: sic & Deum. Potest enim eadem cognitio respectu vnus quidditatiua seu germana, & intuitiua: respectu vero alterius, impropria & abstractiua. Sicut nos ipse clare quidem multos effectus intuemur, & sensibus experimur: quos tamen causam vel nescimus, vel confuse tantum & abstractiue cognoscimus. Consentit Suarez lib. 2. cap. 19. num. 2.

12. Secunda pars conclusionis, qua diximus notitiam naturalem Angelorum de Deo non esse intuitiuam, est de fide, definita in Concilio Viennensi sub Clemente V. vt refertur in Clementina Ad nostrum de Hareticis, vbi damnatur vt haretica hęc propositio Beuardoni, Quod intellectualis natura est naturaliter cognita in seipsis, &c. Et confirmari solet his & similibus Scripturę locis: 1. Timoth. 1. Regi seculorum immortalis & inuisibilis. Et cap. vlt. Habitat sicut inaccessibilem. Et Roman. 6. Si per naturam peccati mors, gratia autem Dei vita eterna. Et Psalm. 85. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Gratiam absolute, id est, donum supernaturale. Quę loca in hunc sensum intelligunt, & ad Angelos, ac spiritus sanctos & creatos extendunt Sancti Patres, vt Augustin. lib. 12. de Ciuit. cap. 9. vbi ait, quę in Scriptura sacra dicuntur de charitate, gratia, & gloria, quę sunt supernaturalia dona Dei, non minus de Angelis vera esse, quam de hominibus. At est de fide, quod hęc sunt dona supernaturalia respectu hominum. Ratio denique sumenda est ex imperfectione intellectus Angelici, improprietate naturaliter lumini diuinitatis intueudo immediate in seipso. Qua de re plura diximus supra, disp. 7. sect. 2. & sequentibus.

13. Dixi, non tamen intuitiuam, sed ne quiddam abstractiuam, germanam & quidditatiuam, ac propriam id est, non alienigenam, aut confusam & analogam: quia si haberent notitiam Dei abstractiuam, germanam & quidditatiuam, siue directam, qualem habemus eorum, quę per sensus in seipsis, aliquando, percipimus; siue indirectam, qualem eorum, quę cognoscimus in simili, vel æquivalenti, vt Regem in viuā ipsius imagine: quę illa perfectio magna esset in Angelis, & ad supernaturalem beatitudinem propere accedens ex parte intellectus: neque ex parte voluntatis desissent amor & gaudium æquimum, ad quę Dei cognitio tam perfecta necessitates. Experimur enim, quando perfecte recedamus ali-

quius formę antea perceptę, aut quando in natura imagine representatam contempnimur; penę æqualiter nos afficit tali cognitione, atque ex intuitione. Quare Angeli, essent prope beati naturaliter: quod falsum est. Cum dæmones, in quibus naturalia manserunt integra, miserimi sint, & à beatitudine longissime remoti.

Addit Suarez Deum non posse cognosci quidditatiue, quin cognoscatur intuitiue & secundum existentiam: cum existentia sit de Deo quidditate seu essentia. Et quia de fide est non posse ab Angelis naturaliter cognosci intuitiue: ergo nec abstractiue quidditatiue. Verum præterquam quod existentia vt comparata ad hoc instans temporis, vel vt præsens huic loco, non est essentialis: negandum est omnem notitiam quidditatiuam debere esse adequatam. Nam cognitio quam Beati habent de Deo, est quidditatiua, imò etiam intuitiua; & tamen non est adequata & comprehensiuā. Et nos oculis corporeis albedinem videmus & lucem, non vitā tamen essentialis earum dependentia à prima causa. Verius itaque censet cum Scoto Quodlib. 7. conclus. 2. & Molina 1. p. qu. 1. art. 2. disp. 6. possibilem esse notitiam Dei quidditatiuam, non intuitiuam. Qualis esset notitia illius qui in trahitū videt Deū (sicut de Moysē & Paulo multi censent) posteaquē suę visionis recordatur, & obiecti prout à se visit.

Ex his collige non posse naturaliter Angelum cognoscere Deum per propriam speciem, quę illum representat quidditatiue, quam speciem Scot. in 2. distinct. 3. qu. 9. §. Ad questionem, immerito asseruit esse Angelis connaturalem, persuasus his argumentis. Primò, quia naturalis felicitas Angeli maior est, quam naturalis felicitas hominis. Sed homo ante peccatum potuit naturaliter habere Dei notitiam aliquo modo distinctam. Ergo Angelus perfectiorem, nempe quidditatiuam, habere debuit. Secundò, talis species possibilis non videtur excedere naturalem perfectionem Angelorum. Ergo non debet illis negari. Tertio, D. Augustin. lib. 4. de Genesi ad literam cap. 21. & sequentibus, tribuit Angelis omnibus, ante lapsum, cognitionem naturalem rerum creaturarum, in Verbo, id est, in Deo ipso; præter cognitionem uespersionam rerum arundem in seipsis. Illa verò cognitio rerum in Verbo non potuit esse sine cognitione Dei vel intuitiua, vel abstractiua per propriam speciem. Non primò: quia peccantes Angeli Dei visionem nunquam sunt assecuti. Secundum ergo dicendum est. Ex illo autem actu potuit remanere similis alia species, & notitia habitualis, ad memoriam valens, qualem habuit D. Paulus, per quam eorum recordabatur, quę ad tertium cælum raptus audiuerat & viderat. Et hęc potitua Dei erat similiter quidditatiua, & per propriam speciem: quāuis esset abstractiua. Sed ad primum Respondeo naturalem

Potest eade notitia esse intuitiua vnus obiecti, & abstractiua alterius.

Vicanepl.

Angeli nõ debent naturaliter Dei notitiam intuitiuam, neque germanam.

August.

13.

MARTIN NEUS LIB. I. DE ANGELIS

Potest huius notitia esse intuitiua vnus obiecti, & abstractiua alterius.

Scoto.

Angeli est cognitio naturaliter per speciem Dei propriam.

August.

felicitatem Angelorum esse quidem humana naturam, & distinctiorem Dei notitiam exigere; non tamen eò usque distinctam, & perfectam, ut sit germana & quidditatiua. Ad secundum patet ex dictis tantam Dei notitiam excedere naturalem perfectionem Angelorum; & procul abesse à misero demonum statu, in quo tamen remanent omnia naturalia. Ad tertium dico explicationem illam D. Augustini de opere sex dierum, distinctorum durat taxat per duplicem illam cognitionem Angelorum, non esse directam, neque communiter receptam, sed ferè ab omnibus reici; & cognitionem rerum in Verbo non esse naturalem Angelis, sed gratuitam, quæ nec omnibus, nec initio data fuit. Neque Angelus prius res creatas cognouit in Deo, quasi matutina & antecedenti cognitione, posterius autem in seipsis quasi vespertina & succedente; sed per res creatas cognouit Deum analogice priusquam illum intuesetur, aut in ipso directè vel quidditatiuè cognouit quiddam intelligeret.

Vide supra disp. 33. sect. 2. et 3.

SECTIO II.

An & quatenus Angeli cognoscant materialia singularia, præterita, & futura?

17. Angeli cognoscunt directè materialia singularia. Suarez. Vafq.

Dico primò, Angelos nosse quidditatiuè materialia singularia, etiam directè & intuitiue, postquam ipsorum existentia & sufficienti applicatione. Ita communiter Theologi teste Suarez lib. 2. cap. 6. num. 3. & Vafq. in notatione ad art. 2. qu. 57. Et quidem hæc in singulari ab Angelis cognosci patet ex Scriptura. Tentant enim demones in singulari Eam, Iob, Iudam, & alios. Non verò Angeli singulariter luctantur cum Iacob, apprehendunt capillis Abacuc, alloquuntur & solantur Iosue, Gedeonem, Prophetas, Christum, Apostolos. Item res singulares, materiales & sensibiles, ut cælos, regunt, administrant, & mouent, illisque veniunt multipliciter: quod sine cognitione fieri nequit. Et ut rectè argumentatur S. Thom. quæst. 57. artic. 2. si nomines materialia singularia sensibilia nõrunt quando existunt, etiam quidditatiuè & intuitiue, quanto magis Angeli, quorum vis intelligendi perfectior est, continent excellentius & simplicius perfectionem sensuum humanorum. Neque verò limitantur Angeli, ut sensus humani, ad accidentia materialia sensibilia: cum eorum intellectus sit virtus cognoscendi vniuersalissima, neque maiorem habeant de se proportionem cum illis, quam cum aliis materialibus.

Thom.

18. Cognoscit ipsam singularia.

Hinc à fortiori collige Angelos naturaliter cognoscere singularia immaterialia, & seipsum in dicitur, quod ad mutuam inter ipsos societatem peculiariter necessarium est. Difficultas verò specialis, quæ circa mate-

rialia singularia obijci potest ex parte motui & determinatiui, alibi soluta est. Adde distinctè nosse ipsammet singularitatem, seu differentiam indiuidualem, contra quam nos, qui lucem, albedinem, & similia, etiam germanè cogita, nequimus discernere ab aliis, etiam substitutis, planè similibus. Probatur, quia illa notitia est naturalis in substantia, neque est cur fugiat intuitionem Angeli nostræ longè subtiliorem. Item quia singularitas est de se valde intelligibilis, cum sit conditio maxime naturalis cuiuslibet enti: nihil enim existit, quod non sit singulare & determinatum. Vniuersale autem contra tantum rationis actus: & ut ait Aristoteles I. de anima textu 8. vniuersale aut nihil est, aut posterius est. Nimirum est post singularia, à quibus per intellectum abstrahitur. Materialitas verò aut sensibilitas non officit, quin materialia singularia sint Angelo intelligibilia, licet is quoad suum esse substantiale sit omnino abstractus à materia. Deus enim multo abstractior est; & tamen omnia sensibilia & materialia singularia, etiam directè, intelligit perfectissime. Neque est necesse ut res cognita sit eo modo in cognoscente, quo est in seipsa: materialiter, si est materialis, sensibilibus, si sensibilibus. Potest enim vitaliter exprimi per aliquid aliud, & nobilius, quam in seipsa sit. Et similitudo inter obiectum & cognitionem, non debet esse formalis & vniuersalis, sed intentionalis.

Aristo.

Notandum tamen Angelos non posse naturaliter quidditatiuè, aut intuitiue, operationes naturales rerum singularium, siue materialium, siue immaterialium. Nam præter ea quæ de actibus liberis subiungemus inferius, non norunt Angeli distinctè, neque intuitiue rationes illas, quæ licet in seipsis sint naturales, tamen nequeunt cognosci germanè, quin cognoscantur entia supernaturalia. Cuiusmodi est potentia obedientialis ad gratiam & gloriam, ad unionem hypostaticam, ad actuum supernaturalium executionem, & similia. Neque etiam quàm latè pateat huiusmodi virtus obedientialis. Non possunt quoque cognoscere simul & distinctè omnes actus naturales, qui ab aliis Angelis, vel ab animabus rationalibus in æternum, exercebuntur. Quippe qui infiniti sunt, & non possunt simul capi ab intellectu finito.

Non cognoscunt omnes rationes naturales rerum singularium.

Dico secundo, Angelos posse quidem naturaliter præscire certè & euidenter futura necessariò productura à causis naturalibus, & necessariis, non impediantur: secus autem futura contingentià ab aliena libertate pendentia. Declaratur, & probatur conclusio. Primò, sermo hic est de futuris, ut talibus non autem ut mere possibili- bus, quæ certè non posse cognosci ab angelo per se, id est, sine aliquo medio cognito, vel incognito, determinante & excitante intellectu Angelicum vice ipsorum obiectorum, quæ cum sint pure possibi-

203

lia, & nondum existant: non possunt exercere reale officium excitandi & determinandi potentiam intellectiuam. Qua excitatione egere angelos ostendimus disp. precedenti practique lectio.

21. Angel. praesciunt naturaliter futura necessaria.

Secundo, futura quibus, secundum se considerata, non magis sunt actu, quam pure possibilis: ideoque non magis possunt pot se mouere & determinare intellectum angelicam. Ea tamen quae sunt futura à causis naturalibus & necessariis iam existentibus, habent in ipsis causis medium sufficiens, quo cognoscantur. Sic Angeli, multo melius quam Astrologi, nouunt eclipses futuras, & cursus planetarum, & tempestates inde securas, & similia innumera. Habent etiam vniuersalem & mirabilem scientiam causarum naturalium, & consequenter effectuum. Quare sciunt v. gr. quot res vere sequenti sint futurae, quot fruges exstate, quot culices, quot motus maris vi ventorum, semotis impedimentis, quae à libertate Dei vel creaturae interuenire possunt: nisi forte tanta rerum multitudine simul cognoscendarum superet vim ipsorum naturalem. Quaedam autem sunt effectus naturalibus, in quibus nunquam aut rarissime interuenit liberum arbitrium impediens aut turbans. Et haec tam certo sciuntur absolute ab Angelis, quam illis certum est liberum adiutrium ad haec impedienda non interuenturum. Alia sunt in quibus non raro interuenit. Et haec Angelis sunt magis dubia. Conditionate tamen certum habent tales effectus futuros esse ab eiusmodi causis naturalibus & necessariis, si non impediatur interuentu causa libera.

22. Hec autem futura libera.

At ea, quae futura sunt à causis liberis, non habent in causis ipsis unde certo praesciantur: cum causa sine indifferentes & indeterminatae, ideoque non possint de praesenti determinare intellectum ad alterum oppositum. Quare non habent Angeli, unde haec certo praesciant, nisi vel certam reuelationem, vel speciem illorum, quae futurorum acceperint. Quorum neutrum fuisse communiter, ideoque non posse naturaliter Angelos certo & distincte praescire futurae contingentia, docet fides Catholica, propter haec & similia scripturae testimonia. *Annuntiate quae venturae sunt in futurum, et sciemus quia Dñs estis vos. Is. 41. & cap. 46. Ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei annuntians ab exortio nouissimum, et ab initio quae nondum facta sunt dicens. Et Daniel. 2. Spiritus in caelo reuelans mysteria &c. Idem docent sancti Patres communiter, ut Hieron. in locum Danielis citatum, Origen. lib. 6. contra Celsum, Augustin. in lib. de diuinat. Demonum, praesepue cap. 6. Damascen. lib. 2. de fide cap. 4. & Theologi omnes cum D. Thom. quae. 57. art. 3. Ratio D. Thomae fuit allata superius: scilicet futura eiusmodi non habent unde cognoscantur*

Hieron. Origen. August. Damasc. D. Thom.

ab Angelis, neque in seipsis, cum non sint: neque in causis, cum libera sine & indeterminata; neque in specie aut reuelatione, quam neque à seipsis, neque ab alio communiter habent, neque habere possunt certam & infallibilem, nisi à Deo mediate vel immediate. Solius enim Dei est ea sine vilius beneficio seu reuelatione, ac sine vilo alio medio attingere, eo solo quod sunt libere futura: per ineffabilem intelligentiae suae virtutem, quae potest distincte, euidenter, & perfecte intelligere vnumquodque eo solo quod est de se intelligibile (sicut virtute suae omnipotentiae infinita potest vnumquodque producere eo solo quod est de se possibile & producibile) & per quam habet ab aeterno id quod nos habemus ex decursu obiecti, cum quando existunt. Confirmatur, quia intellectus creatus, qui posset vi sua cognoscere immediate, certo & infallibiliter, vel vnum libere futurum, posset cognoscere alia omnia. Sicut creatura quae posset vnum quid creare, posset creare caetera omnia. Quippe quia illa vis intelligendi non requireret aliud ex parte obiecti, quam posse intelligi; sicut ista vis agendi non requireret aliud, quam obiectum posse ex nihilo fieri. At est incredibile & improbabile posse vltim creatum intellectum vi sua naturali cognoscere omnia futura libera. Ergo, &c. Denique virtus naturalis cognoscendi substantiarum intellectualium creatarum, debet esse commensurata virtuti actiuae ipsarum. Ergo sicut non possunt ex nihilo quidquam producere, sed tantum ex praesistente subiecto: Ita non possunt sine obiecti praesentia, vel aliquo medio cognito, aut incognito, quasi ex nihilo cognitionem elicere.

Obijciunt primo: quaecumque extra Deum futura sunt à quibuscumque causis necessariis, pendent à libera ipsius voluntate, & ferre omnia ab Angelorum vel hominum arbitrio. Ergo sunt eatenus censenda inter futura contingentia, proindeque non possunt certo ab Angelis praesciri.

Respondeo verum quidem esse illa eatenus pertinere ad futura contingentia: ideoque Angelos non praescire certo & euidenter, euidentia & certitudine mathematica, & infallibili, talia esse futura absolute: sed conditionate futura esse vi causarum naturalium & necessariarum, nisi libertas diuina vel creata impediat. Negunt tamen longa experientia Deum communiter & ordinarie accommodare se contingentiae causarum secundarum, ideoque communiter & ordinarie non impediri cursum illarum ex parte Dei. Sciunt etiam per multa esse, quorum perturbatio hominum vel Angelorum arbitrio non permittatur, nisi forte rarissime; ut motus caelorum & coniunctiones aut oppositiones syderum, dispositio elementorum, & similia ad vniuersi ordinem maxime pertinentia. Et haec quoque intelligunt ex parte

231

Diuisio obiecti

arbitrij creati impedimentum nunquam aut  
vix & rarissime habitura. Alia vero futura à  
causis necessariis, Angelorum vel hominum  
libertati pernissis, sciunt tantum conditio-  
naliter futura esse, nisi impendantur: aut con-  
iecturaliter ad summum, iisdem coniectu-  
ris, quibus colligunt causas secundas non li-  
berè interuenturas.

24. Obiicies secundo, experientia constare  
demonēs per se, vel per homines malos ab  
ipsis edoceri, multa liberè futura prædicere:  
vt Regum series, successores summorum  
Pontificum, Regnorum mutationes, bello-  
rum exitus, & similia, quæ à liberis hominum  
voluntatibus pendunt.

Quomodo  
demonēs  
interdum  
pædicunt  
futura li-  
berè.  
25. Respondeo non propterea certò illa præ-  
nosse in seipsis, & sine medio: sed vel à Deo  
accepisse, qui etiam per malos & impios  
multa reuelat; vt per Balaam, & Caipham,  
& Sibyllas gentiles & idololatrias, olim  
multa prædixit; & demonēs suo alloquio  
interdum dignatur; vt patet ex cap. 1. &  
2. libri Job, iisdemque velut iustitiæ suæ  
ministris, potest aliqua futura reuelare per  
seipsum immediate, vel per sanctos An-  
gelos, vt notat S. Augustin. lib. 2. de Ge-  
nesi ad lit. cap. 17. Vel secundo, posse eo-  
rum prædicationes à Deo factas sanctis ho-  
minibus, siue ad proponendum Eccle-  
siæ, siue ad priuatam ipsorum consolatio-  
nem: quas ex dictis eorundem, aut scriptis,  
aut aliis signis, si notescere potuisse dæmo-  
nibus certum est, & affirmatum à Tertul. cap.  
22. Apologet. Vel tertio, demonēs reuelare,  
quæ ipsi fieri facturi sunt, aut procuraturi  
per homines malos, quos experimento sci-  
unt fore sibi obsequentes, vt ait Augustin. loco  
citato. Vel quarto, sceleris hæc futura  
consequerentur ex variis experientis. De quibus  
plura S. Thom. 3. contra Gent. cap. 154. Et  
suffraganeè D. Augustin. in lib. de diuinat. de-  
monum. Adde quinto, posse interdum ab ho-  
minibus tribui demoni, quod ab illo non est  
profectum, sed à Deo. Et posse aliquos iudi-  
cari magos, aut à demonibus inspiratos, qui  
verè non sint tales: ac prophetiæ donum  
non tantum esse sanctorum, sed etiam alio-  
rum, qui tamen quamuis mali, Deo duce  
non prophætant in confirmationem vllius  
falsitatis. Quia Deus non potest attestari fal-  
sitati per miracula & opera supernaturalia.

Angust. August. Tertullian. 26. Quæres, num inter futura contingentia,  
quorum præscientia negatur Angelis, nu-  
meranda sint non tantum ea, quæ impediri  
possunt interuentu causa libera: sed etiam  
illa, quæ possunt impediri interuentu alte-  
rius causa naturalis & necessaria, vel quæ  
sunt à causis per accidens coniectis.

Affirmant Ricard. in 2. dist. 7. art. 3. qu. 2.  
Vbi vtramque sententiam tuetur: Heruzus  
ibidem art. 2. & Recentioribus Dominic.  
Bannes ad artic. 3. quæst. 57. Qui omnes di-  
stinguunt duplicem contingentiam effe-  
ctus. Vnam, quæ prouenit ex libertate causa,  
quæ effectum promouere, vel impedire pro  
arbitrio potest. Aliam, quæ ex concursu

per accidens, & quasi fortuito naturalium  
causarum, aut occurſu plurium seorsum im-  
pedientium naturaliter, sine interuentu vllius  
causa, liberè agentis. Et hæc futura non pos-  
se certò ab Angelis prænosci, probant pri-  
mo, quia sunt contingentia. Secundo, quia  
sequetur Angelos prænosse plurima in-  
credibilia: v. g. quot sint futura hominæ  
post centum annos, vel quot motus & quot  
sint habitura.

Ad quæ Respondeo, nullam esse proprie  
contingentiam effectus, nisi respectu princi-  
pij liberi. Contingens enim proprie illud  
est, quod ita est, vt potuerit non esse. At-  
qui potens esse non esse, debet esse ab  
aliquo proxime potente ad producendum  
vel non producendum. Quod autem est pro-  
ximè potens ad producendum vel non  
producendum, est liberum: Ergo, &c. Se-  
cundo, ad primum argumentum dico, huius-  
modi futura non esse contingentia, res-  
pectu aggregationis omnium causarum ne-  
cessariorum, quæ simul concurrunt aut oc-  
currunt: quarum etiam concursus aut oc-  
curſus est necessarius per se, citra inter-  
uentum causa libera. At Angeli non no-  
runt tantum vnã aut plures è causis: sed  
totam illam aggregationem, & concursum  
aut occurſum per se naturalem & necessa-  
rium. Ergo præsciunt, quis effectus sit ne-  
cessario secururus, vel non secururus, si causa  
libera non interueniat.

Ad secundum Respondeo fortè exem-  
pla allata excedere capacitatem naturalem  
Angelorum, propter nimiam rerum multi-  
tudinem simul cognoscendarum: ac si non  
excedit; certum est aliquam aliam ex-  
cedere, neque posse ipsos præscire simul &  
distinctè infinita huiusmodi, neque plu-  
ra quam naturalis ipsorum capacitas si-  
mul ferat, quam in intelligendo finitam  
esse constat ex dictis disput. 30. sect. 2.  
Atque ita ne quidem sciunt distinctè &  
simul quot eclipſes per totam æternam  
futura essent, aut quot diurni circuitus  
cælorum, multoque minus, quot in æter-  
num fructuarum generationes, & mo-  
tus, & similia, quæ requirunt infinitam  
intelligendi vim, vt simul cognoscantur.

Dico tertio, de præteritis idem censèn-  
du esse, ac de futuris: non posse scilicet  
Angelos cognoscere præterita vltima, per  
se ipsa, sine aliquo medio cognito vel inco-  
gnito. Ratio est, quia præterita vltima non  
magis nunc sunt, quam sunt futura erant.  
Ergo non magis per se possunt determinare  
intellectus Angelicum, & sui cognoscitorem.  
Ergo opus est alio medio cognito, vel inco-  
gnito, determinante vice obiecti non exi-  
stentis, & non existentis per se determinare.  
Quare non possunt Angeli cognoscere præ-  
terita, nisi ea quorum præsentia intuitio-  
nem habuerunt, & ex illa retinent speciem  
rei præteritæ & præteritæ vt talis: vel quorum  
præteritionis signum, aliquid aut vestigium  
erat: vel quæ denum per aliorum res

26. Nulla est  
proprie  
contingen-  
tia effectus  
nisi respectu  
aut princi-  
pij liberi

Angeli non  
possunt  
cognosce-  
re præteri-  
ta sine ali-  
quo medio  
cognito  
vel inco-  
gnito.

Altera  
obiectio.

Quomodo  
demonēs  
interdum  
pædicunt  
futura li-  
berè.

Angust.

Tertullian.

P-Thom.  
August.

25.

Ricard.  
Heruz.

Bannes.



tionem, vel per revelationem prateritis discunt.

29. Saar. Valq.

Consentit Saar. lib. 12. cap. 2. Contra Valq. disp. 208. cap. 4. num. 20. ubi frustra opponit Patres non negare Angelis cognitionem prateritorum, sed tantum futurorum. Cur enim Patres non ita negent Angelis cognitionem prateritorum, ut futurorum, ratio est, quoniam Angeli omnia ferè praterita, vel ex signis relictis, vel ex relatione aliorum, vel ex propria memoria cognoscunt. Secus autem futura libera. Si quorum tamen nullum medium habent: eorum planè eadem est ratio, ac futurorum contingentium, aut purè possibilium, quæ non possunt per se sine aliquo medio cogniti, vel incognito, ab Angelis attingi. In quo perperam idem Valq. disp. 208. cap. 3. num. 14. differentiam ponit inter possibilis nunquam futura, seu purè possibilis, & possibilis aliquando futura: quasi hæc sint proportionata intellectui angelico, illa non. Nam ut rectè Saar. cap. 13. num. 5. Possibilia aliquando futura nihil habent in præsens supra purè possibilis, præter decretum Dei ipsius extrinsecum, quo non immutantur, ac proinde non redduntur Angelis magis cognoscibilia, magisque proportionata potentie intellectui angelicæ, vel humanæ. Quæpe quæ non plus habet proportionis cum illis, quæ Deus reipsa facere decrevit, quam cum aliis infinitis specie vel numero differentibus, & qualibus, vel inæqualibus, ordinis æque naturalis. Ac si Deus de nouo aliquid ex illis facere decerneret, illud non magis propter hoc decretum Dei cognoscibile foret, quam nunc sit. Neque eni in trinsecè immutaretur per ordinationem solam diuinæ voluntatis. Difficultates autem, quæ circa species futurorum, aut prateritorum moueri hic solent, expedita fuerunt in fine præcedentis disputationis.

SECTIO III

An & quatenus cognoscant Angeli naturaliter cogitationes cordium.

Scriptura videtur negare Angelis illam cognitionem.

70. Nulla magis difficultas in præsentia tractu Theologos exereet, & in variis opinionibus distrahit. Origo autem difficultatis est, quod ex vna parte Scriptura videatur manifestè negare Angelis & hominibus, ac sibi Deo tribuere notitiam cogitationum cordis alieni, & eorumque ignorantiam in ipsam rei difficultatem naucalem reijcere. 3. Reg. 8. vers. 39. Tu solus nosti cor omnium filiorum hominum. Et 2. Paralip. 6. vers. 32. Redde unicuique secundum vias suas, quas nosti cum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, ait Salomon Deo, ibidem laudatus. Et Ierem. 17. vers. 10. Præuim est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud?

Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Quæ interrogatio, eiusque responsio, videtur cuilibet alteri, præterquam soli Deo, negare notitiam cordis humani: & eius agnoscendi difficultatem, non in Dei placitum, sed in ipsamet rei naturam referre. Vnde D. Hieron. ad locum cit. Hierem. 17. Hinc, inquit, discipulus, quod nullus cogitationum secreta cognoscit, nisi solus Deus. Et Athanas. seu quis alius eius libri auctor, quæst. 27. ad Antiochum. Præsciis rerum & cordium cogitor solus est Deus: nec enim Angeli cordis abscondita, vel futura vident. Vbi nota comparationem illam secretorum cordis eum futuris, quorum certè ignorantia in naturali impotentia Angelorum fundatur, in superiori sectione ostensum fuit. Et Chrysostr. hom. 23. in Ioannem. Humanorum cordium cognitio solus Dei est, qui ea formauit. Cyril. quoque Alexandr. lib. 2. in Ioan. cap. 19. expendens illud Nathanæelis, Rabbis tu es filius Dei, sic ait: Nouerat soli Deo corda hominum parere. Id est, in se homo sperasset, filium Dei profiteretur. Et lib. 3. asserit solitum esse Christum, inter aliorum corda inspicere, cogitationisque motus examinare, sequenti maxime eare naturæ Deum esse ostendisse. Inde etiam Paulus 1. ad Cor. 14. vers. 4. certum diuinitatis argumentum sumit, cum laudat hominem, qui ex eo, quod occulta cordis eius manifesta fiant Christianis prophetantibus, pronunciat Deum verè in illis esse: non per præsentiam tantum locuti, communem rebus ordinibus: sed per assistentiam specialem, ac supernaturalem, perque lumen propheticum. Quæ Scripturæ loca, & Patrum interpretationes, videntur loqui generatim non de solo Deo, vt collato cum hominibus, & eos tantum excludendo, aut cum rebus corporeis: sed simpliciter, & sine addito vilo, per exclusionem omnium, quæ non sunt Deus. Ac licet non loquantur expressè de arcanis Angelorum, sed hominum: par tamen est ratio vtrorumque. Neque solum probant non intueri Angelos cogitationes cordium: sed etiam quod neque ex certo signo possint eas colligere, quamdiu in corde secreta seruantur. Ita vt nullus alius præter Deum certo sciat, quid agatur illi in præsens, sine priuilegio, aut eleuatione Dei, citra externa signa, vel manifestationem ipsius operantis. Vnde consequens est non modo actus voluntatis alienæ occultos esse Angelis: sed etiam actus ipsius intellectus, & species, & habitus ab illis productos, si ab illis, veluti signis, certè colligere possunt quid agatur interiori in ipsa voluntate. Præterquam quod nomine cogitationum cordis non modo actus liberi, aut necessarii affectus voluntatis: sed & cogitationes intellectus comprehenduntur, vt paulò post contra Valquem & Hurtadum videbitur.

Ex alia verò parte, affectus cordis alieni, & actus intellectus, videntur esse obiecta naturaliter ab Angelis intelligibilia, non minus.

non minus quam potentia à quibus eliduntur. Inòd facilius esse videtur ipsos actus, quam potentias substantialiaque cognoscere. Siquidem nos actus nostros internos cognoscimus notitia intuitiva experimentalis, qui tamen facultates, aut substantiam animarum nostrarum non videmus. Ergo cum Angeli videant alias substantias spirituales, siue Angelos, siue animas; multò magis cognoscant earum affectus & cogitationes, & species, & habitus. Confirmatur, quia unusquisque nostrum percipit suos actus internos. Ergo Angeli, qui sunt nobis superiores in intelligendo, possunt eos cognoscere. Quod enim ex natura sua cognoscibile est ab intellectu inferiori, non excedit capacitatem, spheramque intellectus superioris continentis excellenter quicquid est perfectionis in inferiori quoad intelligendum. Adde quod actus alieni sunt eiusdem speciei, ac proprii. Ergo similiter intelligibiles. Atqui Angeli possunt naturaliter cognoscere proprios actus. Ergo & alienos.

Vt difficultas clarius explicetur, distinguenda sunt duo, quæ Theologos in contraria versant. Primum, quarum rerum cognitio negari debeat Angelis, videlicet testimoniorum Scripturarum citatorum? Secundum, quæ sit vera & propria ratio, cur res illæ ignorentur ab Angelis? Quæ duo singillatim sequentibus sectionibus examinantur.

SECTIO IV.

Quid lateat Angelos hac in parte?

32. Durand. Angeli ignorant cogitationes cordis, etiam presentes.

Circa primum: Durand. in 2. dist. 3. quæst. 7. num. 18. & quæst. 8. num. 6. putat non esse negandum Angelis cognitionem cogitationum cordis alieni presentium, sed tantum futurarum. At omninò manifestum est ipsum falli. Scriptura enim loquitur de cognitione cogitationum etiam presentium 2. Paralip. 6. *Quas nosti eum habere in corde suo.* Nota habere, non autem, habitarum. Ibidem loquitur Salomon de precibus in presenti ad Deum factis. *si quis, inquit, de populo tuo Israel fuisset deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderet manus suas in domo hac, tu exaudies de celo &c. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum.* Saulus quoque 1. Cor. 14. v. 24. & 25. non loquitur de cogitationibus futuris, de quibus an sibi imponeretur, nesciret ille cui reuelatio fieret: sed de presentibus, aut etiam de præteritis, quas Angeli potuissent obseruare, & memoria retinere, si presentes nosse possent. Christus denique in signum diuinitatis, non futuras, sed præsentis cogitationis reuelabat. Matth. 9. v. 4. & cap. 12. v. 25. Luc 5. v. 21. & Thomas I.

cap. 11. v. 27. Secundo, Hurtad. disput. 12. Metaph. sect. 4. s. 30. & 31. & alij apud Vasq. quibus ipse vel adheret, vel fauet, disput. 210. cap. 2. & 3. censent actus intellectus alieni non occultari Angelis, sed solum actus liberos alienæ voluntatis. Quia, propriè in Scripturis appellatur voluntas libera, quæ talis est: & cogitationes cordis vocantur affectus liberi prout tales. Sed contra: primò, Scriptura nominè cordis etiam intellectum significat, vt 3. Reg. 3. v. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum quem in licare posueris, & discernere in bonum & malum.* Est autem intellectus iudicare & discernere. Et Matth. 9. v. 4. *Cum vidisset IESUS cogitationes eorum dixit: ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Et Luc. 24. v. 38. *Quia turbati estis, & cogitationes auertistis in corda vestra?* Et Deuter. 4. v. 39. *Scito ergo hominè, & cogitatio in corde tuo, quod Dominus ipse sit Deus in celo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius.* Et alijs pluribus locis. Testimonia verò præcedenti sect. citata de vtroque loquuntur, neque distinguunt cogitationes liberos à non liberis. Patres quoque relati supra, afferunt simpliciter reuelationem cogitationum in argumentum diuinitatis Christi. Et quædam cogitationes intellectus non excluderent directè vi testimoniorum citatorum: tamen indirectè & consequenter excluderentur. Quia si nosset Angelus actus intellectus alieni: nosset consequenter affectus liberos voluntatis, qui dum exercentur, representantur per aliquem actum intellectus. Cum enim mens communiter reflectatur super actus voluntatis, dum existunt, eosque intuitiue experiantur: Itemque primum de illis iam præteritis aduertit etiam & euidenter cogitatis patet, hæc cogitationes Angelo; in ipsis possent occultari voluntatis, ita vt reuelare possent.

Neque dicas posse Angelum vel hominem se cohibere libere, ne aduertat affectum singularem voluntatis, quem exercet. Nam vt libere cohibeat, debet de illo cogitare; alioqui non potest circa illum exercere libertatem. Tunc de saltem ordinatione non cohibet. Neque etiam apparet quomodo possit libere cohibere, atque impedire consensum proprii, vel affectus experientiam. Et nos quidem exercemus non posse nos non aduertere ad actus nostros liberos, dum ipsos exercemus; ut nescire consensum, vel affectum, quo necessario vel libere appetimus. At Angeli & intelligendo superiores, & sibi notiores sunt, ergo æquè aut magis cognoscunt necessario affectus propriæ voluntatis, dum ipsos exercent. Ergo si quisque videret actus intellectus alieni; videret actus illos, quibus quisque aduertit affectus liberos propriæ voluntatis. Et consequenter affectus ipsos cognoscit, non minus quam

33. Hurtad. Vasq. Arque etiam actus intellectus alieni, & cogitatione non libetæ.

Refut. iur. casus.



Atque etiā  
species  
impressas,  
& habitus  
ex illis re-  
sultos.

is qui illos exerceat: quod est contra Scri-  
pturam loca citata. Adde idem dicendum esse  
de speciebus impressis, & habitibus, relictis  
ex actibus intellectus aut voluntatis. Si  
enim Angeli perfectè hæc noscent: non  
laterent eos actus, quosdam sunt veluti  
fetus, & media ad certè cognoscendum  
sufficiunt. Nam actus intellectus natu-  
raliter aliquam sui speciem relinquunt, per  
quam mens recordatur se tales actus eli-  
civisse. Idem quoque, & actus volunta-  
tis, producant habitus circa objecta, ad  
quæ Angeli non habent summam facilita-  
tem; & quantum possunt naturaliter con-  
sequi. Si ergo noscent species: noscent ac-  
tus, quorum semina sunt. Item si nos-  
sent habitus: noscent saltem specificè actus,  
quorum sunt fetus.

35.

Principium  
substantiæ  
actuum li-  
berorum.

Ex his à fortiori refellitur Albertin. in  
questionibus Theologicis quæst. 10. ex 1.  
principio, affirmans actus intellectus, &  
voluntatis alienæ parere Angelis quoad sub-  
stantiam, & latere tantum in modo pro-  
cedendi à suo principio, an scilicet libe-  
rè, anaturaliter procedant. Quoniam,  
inquit, actus eatenus sumtaxat esse viden-  
tur ex corde, quatenus sunt liberi: &  
hoc sufficit, & Scripturæ locis citatis sa-  
tis fiat. Primum enim, ex dictis contra-  
dicitur. Nam ex actuum ipsorum re-  
nunciatione (etiam abstrahendo à libertate  
actuali) certè inferunt Scriptura, Patres,  
& Doctores, Christi divinitatem. De-  
inde si Angelus videret Christum actus  
voluntatis, & cognitionem præviam intel-  
lectus sufficientem ad exercitium libe-  
ratis circa objectum non necessitans volun-  
tatem, ac denique dispositionem ad ple-  
num vltimè libertatis, qualem experit in  
seipso: hoc ipso cognosceret actum illum  
voluntatis esse liberum. Neque enim po-  
test voluntas sic disposita agere nisi libe-  
rè, si Deus non impediat vltimè libertatis:  
quod non facit communiter, neque face-  
re potest servando rerum ordinem natura-  
lem. Tam enim est miraculosum, & con-  
tra naturam ferum, impedire ne causa libe-  
ratis exerceat liberè, posita tali dispositio-  
ne quæ impedire, ne causa necessaria re-  
gat necessariò potest omnibus ad agendum  
requiritis.

36.

Argent.

Idem modo iudicium de Argentina in  
dist. 7. quæst. 1. art. 2. & paucis alijs affir-  
mantibus Angelos cognoscere quidem spe-  
cies nostras, & apprehensiones, substantiam  
quæ actu intellectus & voluntatis alienæ:  
at non totum id quod est in his, & di-  
actibus: sed verò grat. in actibus intellectu  
non cognoscere determinationem intelle-  
ctus quantum ad compositionem vel divi-  
sionem, id est, utrum affirmatiur, aut dis-  
sentiat: utrum dubitet vel iudicet vel sus-  
pendat animum aut dissentium: Quia po-  
test intellectus cum eadem apprehensione  
objecti eiusdem, aliquando dubitare, vel  
sentire, aut iudicium suspendere: In acti-

bus autem voluntatis notum quidem esse  
Angelis circa quod versetur voluntas: sed  
ignorare utrum amet aut oderit, speret aut  
timeat, &c. Verum si Angeli noscent quod  
illi auctores concedunt: ergo noscent ap-  
prehensiones intuitivas & experimentales ac-  
tuum liberorum, quibus alij experiuntur  
actus liberos quos exercent. Et consequen-  
ter noscent ipsos actus liberos representa-  
tos in huiusmodi apprehensionibus  
maximè, erò facta comparatione ad  
seipsum, & ad modum se reflectendi, &  
cogitandi de actibus propriæ voluntatis.

Deterius est quod ait Heruazus in 2.  
dist. 8. quæst. 3. nosse quidem Angelos ac-  
tus cordis alieni quoad substantiã, sed non  
quoad intentionem & remissionem, quam  
naturaliter ignorant. Primum enim, non  
est cur lateat intentio & remissio naturalis,  
si non lateat ipsa substantia. Secundò,  
Patres & Scriptura Luc. 24. v. 38. inferunt  
signum divinitatis Christi ex eo quod teue-  
laret cogitationes, quas tamen secundum  
intentionem & remissionem non revelabat.  
Paulus quoque 1. Cor. 14. v. 24. non fun-  
dat signum veri Prophætæ, & assistentiæ  
divinæ specialis, in deteccióne intentionis  
& remissionis: sed simpliciter in eo quod  
occulta cordis alieni manifesta sunt. Cum-  
que intentio & remissio sint tantum ratio-  
nes quædam accidentariæ, & cognosce-  
ret actus internos quoad substantiam, licet  
cas rationes ignoraret, cognosceret simpli-  
citer actus internos: quod est contra Scri-  
pturæ loca citata.

Idem argumentatis refutatur Henric.  
quodlib. 3. quæst. 13. censens omnes ac-  
tus intellectus, imò & voluntatis alienæ,  
etiam liberos, notos esse Angelis, excep-  
ta vnica intentione finis. Ad cuius am-  
pliores refutationem addi potest, non pos-  
se Henricum explicare, cur actus voluntatis  
circa media non sint ignoti naturaliter An-  
gelis, æquè ac intentio finis: cum hic actus  
nihil obscurius habere possit, propter quod  
lateat: si alij per se non latent.

His igitur sententijs reiectis concluden-  
dam est latere Angelos, tum actus intel-  
lectus & voluntatis alienæ, tum etiam  
species & habitus ab ipsis productos. La-  
tere, inquam, saltem quoad notitiam per-  
fectam & comparatam ad objecta. Ita ut  
licet innotescant per se Angelis notitiã qua-  
dam genericã imperfectã & confusã, ut  
formã quædam absolutã, aut etiam res-  
pectum confusè. Non tamen perfectã,  
specificè & æquã, ut ad tale objectum  
tendentes. Quæ cognitio altior & detrahitior  
est. Eius autem solius negatio sufficit Scri-  
pturæ & Patrum testimonijs allegatis. Nam  
nihil inde certum & speciale colligi potest  
quid, aut de quo velint, aut cogitent alij  
in secreto cordis: quæ tantum notitiã negat-  
ur Angelis in locis Scripturæ citatis, & Pa-  
trum ac Doctorum interpretationibus. Ta-  
lem verò notitiã impossibilem esse frustra

Heruazus

Henricus

Posse  
tam actus  
illi imper-  
fectè cog-  
nosci ab  
Angelis.

Vasquez

MARTIN  
NEUS  
D. VI  
II

contendunt Vsq. disput. 209. cap. 3. & Suar. lib. 2. num. 2. Tametsi enim actus, & habitus, sunt se totis intentione respectui realiter: tamen non omnis ratio est ratio respectui formaliter & expressè: possuntque inadæquate ut absoluti cognosci, imò & videri. Sicut albedo verb. grat. se quidem tota realiter est dependens à Deo, & à subiecto; quia se tota est creatura, & accidens: tamen oculus eam videt ut absolutum quid, non visa dependentia à Deo, aut à subiecto.

40. Obijcies, experientia constare quòd Angeli, etiam mali, cognoscant & prodant non raro cogitationes cordium. Nam magi & Energumeni diuinant interdum quid homines intra se & in mente deliberauerint, aut cogitauerint, ut de Albicerio quodam mago testatur D. Augustinus lib. 1. contra Academicos cap. 6. de alijs alijs apud Delrium lib. 4. Disquisit. cap. 2. Quest. 2. & de Energumenis recentis experientia quotidiana notam fecerunt exorsissimi Iuliodunenses.

Angust. Delrio.

Quomodo de uires interdum detegunt secreta cordium.

Respondeo ipsos non prædicere interdum futura libera, quæ tamen cerum est naturaliter per seipsa cognosci non posse. Possunt autem hæc, sicut illa, reuelari interdum dæmonibus, ipsidem ferè de causis alibi explicatis. Possunt item facilius detegere arcana cordis, vel quia licet à nobis secreta patentur, representantur in phantasmate, vel in affectu appetitus sensibili in idem tendente, aut cum ipsis latius conexo: vel aliquo alio affectu interno, vel signo externo indicantur: aut præbetur dignominibus uehementis coniectura, præsertim adiuncto longo usu & experientia dæmonum circa rerum eiusmodi coniectiones. Interdum etiam produunt tantum actus sensus interni, aut appetitus sensitui, quos ab actibus intellectus & voluntatis, etiam liberis, non semper facile discernimus. Nonnunquam etiam ipsimet tales actus phantasia & appetitus excitant, & reuelant. Neque latent ipsos apprehensiones tunc in mente formatæ ad excitationem phantasmatum, quas licet in seipsis non videant, cognoscunt tamen in indicio certo, quo satis produntur. Ut nos non latet formari ab oculato & vigile, & attendente, visionem albedinis aut albis ipsi proposita: atque etiam interiorum formari intellectionem & inquisitionem obiectorum eorundem, quibus exterioribus percellitur. Hoc enim indicium externum sufficiens est. Præterea ut rectè D. Thom. quest. 57. art. 4. possunt dæmones per indicia externa, ut pulsationem, immutationem vultus, & alias corporis affectiones, deprehendere affectus animi; quod & medici faciunt: sed illi ed molius, quòd subtilius huiusmodi mutationes corporales aduertunt & expendunt. Item ex operibus externis colligunt interiorum voluntatis: ut ex obedientia, & submissio-nem internam animi, & similia. Possunt

etiam fortè actus internos aliorum cognoscere naturaliter ipsis volentibus, aut etiam nolentibus, Deo permittente ob aliquem bonum finem suæ prouidentia, ut dicemus sect. 6.

SECTIO V.

An sit de fide ignorari ab Angelis secreta cordis.

Respondeo esse quidem idèditiùs, & descriptiùs communiiori Patrum sententia longè conformius: non videri tamen simpliciter esse de fide. Vtraque pars responsi declarabitur expendendo argumenta, quibus Suar. & Vsq. contendunt esse de fide. Ille quidem expressè lib. 3. cap. 2. num. 3. hic autem æquiuvalenter disput. 209. cap. 1. num. 2.

71 Non ita probatur id esse de fide.

Probat igitur primò ijs Scripturæ locis, quibus ad augendam Dei scientiam Scriptura Deo tribuit, quòd nouerit arcana cordis, quòd sit discretor cogitationum & intentionum, quòd scrutetur corda & renes: psal. 7. v. 9. Sap. 1. v. 6. Jerem. 11. v. 20. Actor. 1. v. 24. Hebr. 4. v. 12. At hæc probatio non uincit. Quia similiter alia multa tribuuntur Deo, quæ tamen Angelis certè conueniunt. Ut intueri abyssos, Daniel. 3. v. 35. numerare multitudinem stellarum; psal. 146. v. 4. scire solutiones argumentorum, Sap. 8. v. 8. & similia.

1. probatio ex pendit.

Probat secundò efficacius ijs Scripturæ locis, quibus affirmari videtur notiam cordis humani soli Deo competere. Primus locus habetur 3. Reg. 8. v. 39. *Et non est cor omnium filiorum hominum.* Es. 47. paral. 6. v. 30. *Tu enim sola nosti corda filiorum hominum.* Verùm sine periculo euidens refutationis responderi potest, quòd non potest tantum cognitionem uniuersalem cordis omnium filiorum hominum. Siue quia uniuersalis omnium simul cognitio excedit naturalem facultatem Angelorum propter multitudinem. Siue potius quia nullus simul assistit omnibus, præbet omnes omnium actus sufficienter præsentos: cum sphaeræ cuiusque Angelorum limitatio sit, quæ ut per totum terrarum orbem circumquaque diffundatur. Aut demum, quia Deus non permittit cognosci omnes: ut Scqr. & alij infra citandi ostendunt. Secundus uerò locus prioris mera repetitio est: ubi particula *omnium*, ex illo suppleri debet eodemque sensu intelligi.

4. Expenditur secundu.

Sed contra instat aliqui Recentiores, ex hac explicatione sequi, cum ait Scriptura Deum solum creasse omnia quæ sunt, iustificare homines &c. posse dici solum Deum omnia subiectiue creasse, Angelos uerò aliquas creaturas creasse: & Deum solum iustificare omnes collectivè, non singulos. Secundò, eodem modo affertur

P

solius Dei esse cognoscere corda & reddere hominibus quæ sunt promeriti. At Dei solius est, non tantum collectivè omnibus, sed etiam singulis reddere mercedem suorum operum: & nullus alius præter Deum potest vel vnum hominem coronare, & damnare. Tertio, & hæc instantia, inquit, manifesta videtur: certum est maiorem ignorantiam cordis humani tribui creaturis omnibus, quam ignorantiam vultus aut faciei. Nam facies dicitur esse exposita etiam hominum aspectui: & cor, Deo soli notum esse: iuxta illud 1. Reg. 6. v. 5. Homo videt faciem, Deus autem inquetur cor. *Profundum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego Dominus, scrutans cor, & probans renes, quod unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum.* Vbi videtur notitia illa soli Deo tribui. Et ratio videtur reddi ex naturali difficultate rei, soli Deo superabili. Verum sermone biblicæ de Deo, ut cum hominibus comparato significat Glossa ibidem, cum ad particulam, *inscrutabile*, addit, *hominibus*. Frustra enim hanc restrictionem adderet, si non modo de hominibus, sed & de Angelis intelligentum putaret. Deinde loco eiusdem particula in *Herodotus* est *analis*, id est, ærumnosum, præfactum obstinatum & desperatum, ut post Vatabulum notat Cornelius à Lapide, in hunc Ieremiam *græcè*. Vbi etiam Christoph. à Castro agnoscit sententiam illam Ieremiam sic habere hebraicè: *Deestorium est cor præ omnibus, & periculum est.* Quis cognoscet illud? *Hæc of hillel mecol, vianus, mi iadehenu.* Septuaginta verò interpretes, quia punctis diuersis pro *analis* legunt *enosis* verterunt, *Sadru à xardiu vian, è mdræ, nch àrdgonis egu' oris nrdrosis vris; Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscet illud? Quam postremam lectionem secuti sunt, & vltima illa verba, & homo est, ad Christum retulerunt Tertul. Cyprian. Lactant. Epiphani. Ambrosi. & Augustin. locis à Castro, ubi supra relatis. Fortassis autem sic legi posset interpungendo aliter verba græca, & mutando *vris* in *vrdru*: *Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscit illud? id est, & quisquam hominum est qui illud cognoscat? Sed licet cum vulgata legamus *inscrutabile*, quod vox Hebræa *analis* permittit: atque etiam Angelos excludere velimus, quod tamen necessarium non esse iam vidimus: non est ibi tantum sermo de cogitationibus & affectibus cordis præsentibus, sed de volubilitate & incertitudine futurorum, ut docent interpretes citati, post Hieronymum, Theophrastum, Rabanum, Bernardum, & Vatabulum. Qui dicuntur hic quoddam epiphonema ex præceptis tantibus deductum. Dixerat enim v. 5. Ieremias maledictum esse confidentem in homine, & benedictum confidentem in Deo. Deinde verò conclusit v. 9. O quam fallax est cor hominis præ rebus omnibus, & quam varium! Nescias enim quod suas spes dirigat, in Deum, an in creaturam. Cumenim putas totum ex Deo pendere, recurrit ad Aegyptiorum baculus arundineum. Et**

Ad primam instantiam Respondeo ex explanatione non magis id sequi quod dicitur. Adversarij: quàm sequeretur ex eo quod aliquis explicaret similiter in sensu collectivò has propositiones: Tu solus produxisti, Tu solus potes producere omnia, Tu solus potes destruere omnia: Tu solus nosti omnia intelligibilia. Quæ propositiones manifestè sunt explicandæ in sensu collectivò. Cum euidens sit creatures posse distribuere ad quæ producere, destruere, intelligere.

Ad secundam, nego assumptum. Scriptura enim loco citato nulla videtur comparatione inter hæc duo: sed tantum ibi Salomon rogatur, ut de cælo exaudiat orantes in templo suo, & det unicuique secundum omnes vias suas, sicut viderit cor eius, quia; inquit, *Tu solus nosti omnia filii hominum, ut timeant te, & dicitur deus, quibus vivunt super faciem terræ.* De loco verò Ieremiam, in quo videtur fieri illa comparatio (quanquam potius est simplex utriusque assertio) dicemus paulò post.

Ad tertiam, in quo antecedens certum est maior ignorantiam cordis quàm vultus tribui omnibus creaturis, vi istius loci Scripturæ, de quo nunc disputamus, & in quo de præsentibus solum cogitationibus cordium sermo est, nego: vi aliorum, in quibus non solum de præsentibus cogitationibus cordis sermo est, sed etiam de futuris, & de instabilitate & mutabilitate libertatis humanæ, quæ multò difficilius cognoscitur, quàm naturalis mutabilitas vultus, concedo. Dixi, omnibus creaturis: Quia si tantam loqueremur de hominibus certum est cogitationes alieni cordis, etiam præsentis, esse illi ignotiores, quàm faciem. Eoque sensu dicitur 1. Reg. 6. Homo videt faciem, Deus autem inquetur cor. Imò etiam Demones ma-

tori attentione & conatu indigesti in illis agnoscendis: ut testantur recentis ænigmatorum experientia, quemadmodum à viris fide dignis & testibus oculatis accipi.

Secundus Scripturæ locus qui solet afferri ad probandum esse de fide Angelos ignorare cogitationes alienas, habetur Ierem. 13. v. 10. *Profundum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego Dominus, scrutans cor, & probans renes, quod unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum.* Vbi videtur notitia illa soli Deo tribui. Et ratio videtur reddi ex naturali difficultate rei, soli Deo superabili. Verum sermone biblicæ de Deo, ut cum hominibus comparato significat Glossa ibidem, cum ad particulam, *inscrutabile*, addit, *hominibus*. Frustra enim hanc restrictionem adderet, si non modo de hominibus, sed & de Angelis intelligentum putaret. Deinde loco eiusdem particula in *Herodotus* est *analis*, id est, ærumnosum, præfactum obstinatum & desperatum, ut post Vatabulum notat Cornelius à Lapide, in hunc Ieremiam *græcè*. Vbi etiam Christoph. à Castro agnoscit sententiam illam Ieremiam sic habere hebraicè: *Deestorium est cor præ omnibus, & periculum est.* Quis cognoscet illud? *Hæc of hillel mecol, vianus, mi iadehenu.* Septuaginta verò interpretes, quia punctis diuersis pro *analis* legunt *enosis* verterunt, *Sadru à xardiu vian, è mdræ, nch àrdgonis egu' oris nrdrosis vris; Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscet illud? Quam postremam lectionem secuti sunt, & vltima illa verba, & homo est, ad Christum retulerunt Tertul. Cyprian. Lactant. Epiphani. Ambrosi. & Augustin. locis à Castro, ubi supra relatis. Fortassis autem sic legi posset interpungendo aliter verba græca, & mutando *vris* in *vrdru*: *Profundum est cor super omnia, & homo est, quis cognoscit illud? id est, & quisquam hominum est qui illud cognoscat? Sed licet cum vulgata legamus *inscrutabile*, quod vox Hebræa *analis* permittit: atque etiam Angelos excludere velimus, quod tamen necessarium non esse iam vidimus: non est ibi tantum sermo de cogitationibus & affectibus cordis præsentibus, sed de volubilitate & incertitudine futurorum, ut docent interpretes citati, post Hieronymum, Theophrastum, Rabanum, Bernardum, & Vatabulum. Qui dicuntur hic quoddam epiphonema ex præceptis tantibus deductum. Dixerat enim v. 5. Ieremias maledictum esse confidentem in homine, & benedictum confidentem in Deo. Deinde verò conclusit v. 9. O quam fallax est cor hominis præ rebus omnibus, & quam varium! Nescias enim quod suas spes dirigat, in Deum, an in creaturam. Cumenim putas totum ex Deo pendere, recurrit ad Aegyptiorum baculus arundineum. Et**

quid in eis deploratum (Hebraicè *anuf*) quam hæc cordis humani mutabilitas? Vel etiam: Præcipuum est & inscrutabile cor hominis, quia inferi afflictio opera suam offert & spondet, uti vobis, o Iudæi, promittunt Aegyptij. Nunc enim illi deest auxiliandi potestas: nunc constans & seria voluntas. Si enim videat suis rebus expedire: amicum deserit, suaque curat, uti Iudæis fecerunt Aegyptij. Ita ad verbum à Castro & Cornelius supra. Similiaque habet, sed elegantiora S. Bernardi tract. de interiori domo, cap. 44. Ex quibus patet hunc Ieremiam locum Suari & Valsqui non satis suere ad probandum rem esse de fide.

Bernard

47. Sed vident aliqui Recentiores, omnes illas varias versiones, quas retulimus, eodem tendere. Nam si dicitur præfectum cor humanum, ex eo dicitur, quod in eius affectus explorandos ingredi non possis: & nullam versionem omittit hanc interrogationem, *Quis cognoscet illud? Ego Dominus.* At hæc sola probat Dei solius esse cognoscere cor. Item omnium consensu vocant Hebraicam *anuf* verti posse, inscrutabile. Interrogatio autem sequens, *Quis cognoscet illud?* determinat illam acceptionem. Et quod caput est, vulgatam ita vestere, quæ à nemine quocunque patet reijci potest, ex Trident. sess. 4. At hæc vox, *inscrutabile*, totam, disputationem conficit.

48. Verum quis his omnibus responderi utile potest, nihil inde confici: quia disputatione nostra est de præsentibus cordis cogitationibus: vox autem, *inscrutabile*, potest attribui cordi humano propter mutabilitatem libertatis in varios & contrarios actus, qui à pura creatura certo & infallibiliter prævideri non possunt. Addunt, cor hominis dici dolosum eo loco, non præcise quia mutabile, sed quia versutum & simulatione tegens suos affectus præsentis. Nulloque modo posse tolerari hanc explicationem quod dicatur Angelis inscrutabile cor hominum: si Angelis non obstante externa simulatione hominum videant omnes cordis intimos affectus & recessus, & ignorent tantum an in eo statu sint permansuri. Primum, quia sic posset dici vultus & gestus externos hominum esse inscrutabiles: quia nec homines, nec Angeli sciunt externas operationes esse duraturas, & ignorant futuras. Consequens autem absurdum est: quia Scriptura opponit cor faciei, in eo quod ista appareat, illud verò sit inscrutabile, in Reg. 6. v. 7. Secundo, cum Scriptura asserat cor in actu secundo, id est, affectus cordis esse invisibiles, præterquam Deo: dici non potest quod cordis affectus, dum existunt, sunt Angelis conspicui. Neque enim possent dici simpliciter invisibiles & inscrutabiles. Quia unaquæque res dicitur conspicua, si dum est, conspici potest,

Obiectio  
trimem-  
bris.

& non quando non est. Tertio, præcipuum eo loco significat, non sceleratum, esse omnium hominum cor: sed finosum & obliquum. Unde Septuaginta legunt, *Profundum est cor hominis super omnia.* Deus autem solus scrutatur illud scrutari, metaphorâ sumptâ ab ijs qui penetrando, intimas alicuius corporis partes, explorant, quæ latent. Ut et si superficies videatur sana, reperiant vulnus absconditum. At hæc metaphorâ optimè representat Dei intuitum insipientis præsentis cordis affectus. Quia non ut homines & Angeli hæret in superficie, hoc est, simulatione externa: sed penetrat, nec obstante simulatione retardatur. Non autem cadit hæc metaphorâ in intuitum divinum futurorum cordis affectuum. Nec enim Deus penetrando cor hominum in actu primo, videt quid sit futurum: quia in actu primo est indifferens. Neque recessus, & simulatio ac versutia cordis humani, apparere potest ut impediens Deum ne videat futuros affectus, sed tantum ne præsentis. Ergo illa scrutatio cordis, quam Scriptura tribuit Deo soli, non est inspectio futurorum affectuum, sed præsentium.

Ad hæc Respondeo cor hominis dici dolosum, etiam & præcipue quia præcipue stras fallit, quando mutatur longe præterquam prævidere & sperare debebamus: deque illa specie doli & deceptionis sermonem esse verum loco citato patet ex textu, & interpretibus laudatis num. 46. Ad primam verò instantiam contra hanc expositionem, Respondeo negando assumptum; Possunt enim Angeli cognoscere futuram vultus mutationem naturalem, & necessariam, sicut & alios effectus naturales. Idemque dico de gestibus externis necessariis futuris. Liberi verò, ut tales, pertinent ad cogitationes cordis, id est, ad quoslibet voluntatis, à quibus sicut habent de necessitate quod liberè futuri sint: ita & quod possint latere Angelos.

49.  
Sarshe  
obiectionis  
propositæ

Ad secundam Respondeo Scripturam eo loco, quem expendimus, loqui de corde considerato in ordine ad actus, non præsentis solum sed etiam futuros, ratione quorum fatemur esse eorum inscrutabile Angelis, sed neque eo in loco, in quo in illo ano Scriptura certo asserit ipsam præsentis affectiones cordis esse invisibiles & inscrutabiles illi aiteri, præterquam soli Deo, ut ostendimus hæc tota sectione in singula loca examinando. Male autem aduarij ea quæ dicuntur in vniuersa loci expositione volunt transferre ad omnia alia. Quasi verò diversorum locorum non sit diversus sensus; & non sumat singulis seorsum satisfacere, quamvis non omnia, quæ alijs locis respondentur, possint aptari cuilibet.

Ad tertiam, Respondeo, inuositatem & obliquitatem moralem ac metaphoricam cordis humani maxime in eo consistere.

Ppp

quod cor humanum tam varias & contrarias gradiatas vias, & ab vno ad aliud longè diuersum & oppositum tam frequenter mutetur. In eoque profundum est super omnia, id est, fundum habet valde remotum à nostra cognitione: cum scilicet in quo situr sit, & in quos alios affectus sit transiturum, atque ex vno descensurum ad alium: neque habeamus in quo, veluti fundum, quiescat nostra cognitio. Secundum hanc vero metaphoram Deus optime dicitur scrutari cor humanum: quia nouit exactissime omnes eius sinus, obliquitates, ac recessus, & quod tandem euasurum sit. Luxuria illud psal. 138. *Intellerissi cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum inuestigasti & omnes vias meas praeiudicasti.* Idem est autem inuestigare, & scrutari metaphorice cor, siue semitam & vias, & anfractus cordis humani. Quare hæc instanti aduersariorum non sufficiunt ad probandum rem esse certam fide diuina. Cetera vero, quæ circa eundem locum obijciunt, sunt leuioris momenti.

32. Tercius locus habetur 1. Cor. 2. v. 11. *Quis nouit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est &c.* Qui locus fideliter, vt iacet in textu, relatus, tam nihil fuerit auerſarijs, vt mirum sit ab illis adductum probandum tanquam fide diuina certum id quod intendunt: sicut prudenter annotarunt Ambros. Catharin. & Iustinian. in Comment. ad eundem locum. Neque enim Paulus versus illo magis negat cognoscere Angelos quæ sunt hominis, quam Deum ipsum, quem nosse omnia certissimum est: & expresse ait: *Quis enim hominibus scit quæ sunt hominis &c.* negans tantum hominibus ipsis cognitionem cordis alterius hominis. Ex quo si quis de Angelis idem inferre velit, probanda illi incumbit hæc illatio. Paulus enim id non dicit, sed impliciter a se spiritum omnium scrutari, etiam profunda Dei: ac sic nullas hominum scire quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: sic neque quenquam cognouisse quæ Dei sunt, nisi spiritum Dei. Quod intellige de facto, & sine privilegio, ac Dei liberalitate. Neque enim Paulus negat Prophetas & viros sanctos, quales illi de quibus mox diximus cum Paulo epistolâ eadem cap. 14. scire & cognoscere interdum cordis aduentum quem admodum etiam non negat, quod plerimi docent, Beatos lumine gloriæ instructos videre quædam de Dei rebus: Deo tamen libere ad illa cognoscenda concurrentes, non tantum quatenus sunt intellectum Beati instruit lumine gloriæ: verum etiam quatenus libere cum illo conchirit, & vt causa efficiens, & vt obiectum determinans, ad arcana suorum cognitionem.

33. Obijciunt aliqui Recensiores, Patres communiter sentire contrarium, & nominatim citant Athanas. in epist. 1. ad Serapion. longè post medium, Augustin. tract. 1. in Ioan. Chrysost. Bedam & Ansel-

mus in locum Pauli citatum. Qui inferunt ex illo Deum solem cognoscere quæ sunt in homine. Quod etiam (inquit) Pauli intentio omnino postulat. Deus enim discursus est, fidelis necessitas accepisse spiritum Dei: quandoquidem sciunt Dei consilia de futura hominum gloria, quæ in cor hominis non ascendit. Ad hoc vero probandum assumit Paulus quod solius est hominis scire sua consilia: ergo & Dei sua habere nota. Sed verum esset hominibus tantum ignotum esse quid alius homo habeat in corde, non autem ipsis Angelis: non bene inferret Paulus nulli alij quam Deo sua consilia nota esse vniuersaliter: sed inferendum esset tantum, nulli homini esse nota. Ergo sicut hac particula, *Quæ sunt hominibus*, excludendæ sunt etiam Angeli: sic à prima particula, *Quæ sunt hominibus*, debent pariter excludi. Respondeo Patres citatos non id colligere ex eo loco: sed Athanasium, Chrysostrum, & Augustinum male citari, qui nihil tale dicunt locis in obiectione relatis. Beda loquitur de hominibus, iuxta Paulum: *Quis nouit hominum &c.* Anselmus in compendium redegit ea quæ Beda in hunc locum Pauli profectus est. Neque etiam Paulus tali probatione utitur, sed simplici comparatione: tantumque ac præcisè asserit, quod sicut nullus hominum nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita ea quæ Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Ex quo inferre nos accepisse spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: mirum quia sine illo non poteramus id scire.

44. Quartus locus habetur 1. Cor. 14. vbi Paulus laudat hominem, qui ex occultorum cordis sui manifestatione colligit Deum inhabitare se in manifestante per specialem assentiam, & verum prophetiæ donum. Adde quod Christus ipse, vt affirmat sancti Patres, frequenter cordium detectione, velut certo argumento, diuinitatem suam Iudæis probauit Matth. 9. & 12. Luc 5. & 11. alijsque locis.

Respondeo non esse necessarium vt ea omnia quibus plerique mouentur exteriori ad credendum, talia sint, vt à nullo, nisi à Deo fieri possint. Cordium autem manifestatio, per Christum facta, fuit secundum diuinitatis, vt & alia extraordinaria & super hominem ab ipso patrata in argumentum suæ diuinitatis. Non quod præcisè necessarium sit Deum esse, qui quis reuelat cogitatum: nam & Prophetæ, & sancti homines, vel Angeli, per diuinam reuelationem & lumen supernaturale, illud interueni accretelare possunt, & non raro reuelarunt: sed quia Christus hoc opere extraordinario, sicut & alijs mirabilibus, confirmabat se Deum esse, vt affirmabat. Nec obest, quod Angeli aliquid tale præstare possent. Nam etiam vim habent impediendi, ne homines aquis insistentes mergantur, & tamen

32.  
Quarta  
probatio.

34.

Quinta  
probatio.

Non omnia  
quæ  
mouentur ad  
credendum  
talibus sunt,  
vt à Deo  
solo fieri  
possint.

33.  
Athanas.  
August.  
Chrysost.  
Beda.  
Anselm.

Christus tali signo diuinitatem suam probauit Petro & sociis, Matth. 14. v. 28. Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas, &c. Qui autem in macula erant, uenerunt & adorauerunt eum dicentes: uere filius Dei es: ut additur ibidem, v. 33. Sic etiam Luc. 5. v. 24. probat Christus se Deum esse, & posse peccata dimittere, curando paralyticum in grabato iacentem: De autem sciatis, quia filius hominis, &c. Tunc ait paralytico: surge, &c. At officere ut surgat repente paralyticus, usque saltem non diu post curetur, & valeat, non uideatur excedere vim naturalem Angelorum, qui applicando actiua passiuus; alia mira prestant. Certè quidem Angeli naturaliter possunt uidere homines sub sicu latentes. Et tamen Nathanaël à Christo laudatus Ioan. 1. v. 48. inde Christum uere filium Dei esse agnoscit v. 39. Unde facile est respondere alteri exemplo ex Pauli uerbis desumpto, de homine colligente, quod uere Deus habuit in Propheta manifestante ocula cordis eius.

Adde Christum & Scriptores Canonicos uti plerumque Opus argumentis, quæ auctoritatem sumant ex attestante, cuius auctoritas aliunde sit nota miraculis, prophetiis de illo longe ante prædictis, & aliis signis ad fidem faciendam efficacissimis, simul sumptis, & iunctis diuinae prouidentie circa salutem hominum & cultum suum. Sic probat Christus resurrectionem suam ex uisione Luc. 24. v. 39. & ex comestione v. 42. & tamen Angeli uisui facile imponunt & comestione simulant Tob. 12. v. 5. & Genes. 9. v. 9. Sic probat Petrus non esse ebrios Apostolos; quia hora diei tertia Actor. 2. v. 15. Sic denique notat Maldonat. Luc. 24. v. 39. & 41. Scripturam uti popularis interdum argumētis. Et S. Thom. 3. p. quæst. 55. art. 6. ad 1. ut bene notat Suar. ibidem in commentario, ait singula Christi argumenta non sufficere per se singillatim ad manifestandam perfectè resurrectionem, sed simul omnia, maxime propter testimonium Scripturæ, Prophetarum, & Angelorum.

Obiicitur aliqui Recentiores: Opera quibus Deus probatur reuelasse aliquid, debere esse talia; ut uel à Deo solo fieri possent, uel saltem in circumstantiis, quibus reperiuntur, non possint à demonibus fieri. Nam si in iisdem circumstantiis apparentibus possent ab illis fieri: non esset ratio cur determinatè Deo ascriberentur. Atque in prædicto loco Pauli nulla alia circumstantia exprimitur, ex qua possit conici reuelantes ocula cordis esse inspiratos à Deo; si instructi à demonibus idipsum possent. Addunt male supponi à nobis, quod adoratio Christi ut Dei Matth. 14. tribuatur soli ambulationi super aquas. Additur enim quoddam imperium Christi; uenti cessauerint. Et similiter non credi-

dit Nathanaël ex eo tantum quod erat à Deo conspectus sub sicu latens, sed quia Christus illi tacite indicauit, quas habuisset cogitationes. Unde Cyril. lib. 2. in Ioan. cap. 19. ait Nathanaëlem professum esse Christum esse Magistrum, & filium Dei, & regem Israël; quia cognouit Christum inspexisse cordis cogitationes.

Ad primum dico innocentiam uitæ Christianorum fere omnium illius temporis, iunctam reuelationi cordium, ad eum finem, ad quem ab illis manifestè referebatur, nempe ad studium uirtutis & Deum cultum promouendum; fuisse sufficientem circumstantiam ad prudenter iudicandum reuelantes illos esse diuinitus inspiratos.

Ad secundum: Scriptura non exprimit loco citato uentum, cessasse ad imperium Christi: sed tantum cessasse ipso in nauim ingresso. Neque Petrus hoc signum ad illum agnosendum postulauerat: sed tantum dixerat: Domine, si tu es, iube me ambulare super aquas. Et quantum apostoli moti fuissent, uenti cessatione ad Christum adorandum: tam facile demonstrari est facere; ut uentus cesseret, quam ut homo super aquas ambulet. Quare aduersarij nihil ex eo proficiunt. De Nathanaële uero Scriptura non ait Christum eius cogitationes reuelasse: sed tantum de illo dixisse: Ecce uerum Israëlita in quo domus non est. Quod dicere, & agnoscere ex uita prædicta, non superat vim Angelorum: ipsoque Christum interrogante: Unde me nosci? respondisse Christum: Priusquam Philippus te uocaret, cum esses sub sicu uide te. Tuncque conuictum Nathanaëlem exclamasse: Rabbi tu es filius Dei, & rex Israël. Cui Christus: Quia dixi tibi, uidi te sub sicu, credis: minus his uidebis. Quibus uerbis non aliam affert causam cur Nathanaël credidit, quàm aspectum sub sicu. Si autem propter reuelationem cordis credidisset: Christus non illam rationem multò potentiorē & magis præcipuam omisisset, contentus reddere minorem & imbecilliorē.

His Scripturæ locis addi solet hunc esse communem consensum & traditionem sanctorum Patrum, à quorum consensu in explicatione Scripturæ recedere non licet, est Trid. sess. 4. Et uerum quoniam est Patres communius ita sentire, sed non omnes. Nam Venerabilis Beda tom. 4. lib. 2. in Iob. cap. 7. pag. 533. editionis nouæ, explicans uersum illum. Si fuerit apparet aurum, &c. ait Angelos tanquam per ipsos uent conceptus: non enim quicquam affectuum suorum ad inuicem latere spiritus potest. Simpliciter enim creatura nullam habentes quasi obstaculo corpulentum; perspicua sibi sunt. Similia habet S. Gregor. Magn. de hominibus ipsi beatis lib. 18. Moral. in Iob. cap. 27. aliàs 31. Ipsa; inquit; eorum claritas uisissima sibi in æternis cordibus patet. Et cum uniuersumque uultus attendimus

Scriptura uirtut ali-quando, tunc argumētis

Maldonat. D. Thom. Suar.

136.

Quil.

Solutio obiectis.

37.

Aliqui dicitur ad uent cordis ferret non latere Angelos Beda.

Gregor.





simul & conscientia penetratur. Ibi quippe uniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet. Sed patebit animus: patebit corporalibus oculis ipsi etiam corporis harmonia. Sicque uniusquisque tunc erit conspicibilis alteri, sicut tunc esse potest conspicibilis sibi. Haec tenet Gregor. Vade concludit civitatem Beatorum allegoricè vocari vitrum mundum. Et immediatè post subiicit. Nunc autem corde nostra quando in hac vita sumus, quia ab altero in alterum videri non possum, non intra vitrea, sed intra lutea vascula concluduntur, &c. In quibus Gregorij verbis Nota rationem illam manifestationis cordium. Ibi quippe membrorum corpulentia uniuscuiusque mentem ab alterius oculis non abscondet: sed patebit animus. Quare ratio Angelis etiam, ac mentibus separatis communis, & magis naturalis est. Imò nec Angelis occultare potest vas istud luteum actus internos, magis quam ipsam animæ substantiam, si nihil aliud obstat. Alia autem nihil obstat ex mente Gregorij: Siquidem totam, impeditenti remotionem significat in eo consistere. Voluntas autem, quam alterum obstaculum esse respondet S. Thom. q. 57. art. 4. ad 1. morale tantum impedimentum esse potest: si nimirum Deus nolit cum Angelis concurrere ad cognoscenda secreta cordis, nisi volente & dirigente subiecto, ut circa Scoti opinionem dicemus paulò post.

59.  
Zeno.

His adde Zenonem Veronens. in sermone de præcepto. Attende tibi ipsi, quem Basilii. in lib. de seripe Ecclesi. ait esse Basilii. Sic autem habet: Si nuda tantummodo atque intellecta anima videremus; ex ipsis tantum mentis motibus atque intentionibus cogitationum ad alterum nosceremur. Verè quoniam vixit anima velamine carnis operitur; ad indicanda atque in publicam faciem præferenda ea que in profunda cordis cogitationibus vel secretis commouens, verbis & nominibus et vocabulis intelligemus. Forè pro commouens, legendum commouemus. Idem habet

Basil.

Basil. in homil. super illud: Attende tibi. Vbi sic ait: Si videremus anima omnium oculis conspicua & nuda: inter nos nos conuenire per naturam cogitationum intelligentiam. Nunc quando anima per carnem adoperita velamine, multisferias comminiscitur secum, a verberet cogitationes: & verbis opus habet & nominibus, ut que in reconditori mentis recessu delitescent, in apertum euulget. Adde etiam Theodoret. & Theophylact. in illud 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum: quorum lingua refert & expendi V. sq. disp. 211. num. 69. & D. August. lib. 2. de genesi contra Manich. cap. 21. vbi sic habet: Neque enim in illis corporibus celestibus scilicet latere possit cogitationes credendum est, quemadmodum in his corporibus latent: sed sicut nonnulli mentis animorum apparent in vultu & maxime in oculis: sic in illa perspicuitate & simplicitate celestium corporum, omnes omnino sui motus latere non arbitror.

Theodoret.  
Theophyl.  
Valq.

Respondent aduersarij Bedam alibi clarè docere Angelos naturaliter non videre cor humanum: ut tom. 3. in caput 9. Matthæi column. 27. circa illud: Respondens IESVS cogitatione eorum: vbi sic habet: ostendit, se Deum, qui solus potest occulta cordis cognoscere. Et idem supponit tom. 6. in cap. 2. Epist. 1. ad Corinth. column. 271.

Verum Beda posteriori loco ait tantum neminem, id est, nullum hominem, nosse cor alterius. Et exempla quæ profert huiusmodi ignorantia, de hominibus sunt. In priori non est particula solus, perperam addita ab aduersariis: & sensus illius est ostendit se Deum esse, vti affirmabat, qui potest occulta cordis cognoscere, sicut ipse cognoscit, & reuelat ad eum finem ut se Deum esse probet: Christus autem ostendebat se Deum esse faciendo aliqua quæ ab hominibus manifestè fieri nequeunt, neque demonibus poterant iure tribui, quasi Christus eorum operà videretur. Faciendo, inquam, ad probandum se esse Deum. Cuiusmodi fuit tum illa detectio cogitationum, tum etiam illud de quo ibidem sermo est: *Ut autem sciat quia filius hominis habet potestatem in terra dimittere peccata: & consequenter est Deus: quia ut vos ipsi asseritis: Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Tunc ait paralytico; Surge, tolle lectum tuum, &c.*

Neque dicas Bedam, verbis supra relatis, visualiter in hunc modum argumentari: Quisquis potest occulta cordis cognoscere, est Deus. Christus potest occulta cordis cognoscere: ergo Christus est Deus. Respondeo enim non ita esse: sic enim maior, tam generaliter sumpta falsa esset manifestè: cum multi alij, saltem Dei beneficio, possint occulta cordis cognoscere, ut illi de quibus Paulus 1. Cor. 14. v. 25. Sed illius discursus esse debet: Quicumque potest occulta cordis cognoscere & reuelare ad probandum se esse Deum, in iis circumstantiis, in quibus hæc cognitio & reuelatio non potest tribui nisi speciali Dei auxilio & beneficio, ille sine dubio Deus est: quia scilicet Deus non potest attestari falsitati. Sed Christus ita cognoscebat & reuelabat occulta cordis. Ergo, &c.

Alia quæ testimoniis Basilij & Gregorij respondent, leuiora sunt, & à legitimo sensu verborum bene inspectorum per se satis apperent aliena. Liqueat igitur ex dictis communem hanc Theologorum sententiam de occultatione cordium non ita Scripturæ testimoniis, & Patrum consensu nitri, ut præiudici dogmate habenda sit. In quo nobis consentiunt Occam in 2. quæst. 20. Gabriel ibidem dist. 9. quæst. 2. art. 2. & lect. 3. in Canonem Missæ, Scot. in 2. dist. 9. quæst. 2. ad argumenta 2. quæstionis, alique relati à Suare lib. 2. cap. 23. num. 4. Et hæc tenet de priori parte quæstionis propositæ.

Occam  
Gabr.  
Scot.  
Suar.

SECTIO VI.

Cur arcana corda ignorentur ab Angelis?

62. **D**ifficilius est veram & propriam rationem reddere, cur ab Angelis ignorentur affectus voluntatis alienae, & alia quae diximus num. 39. debere ab Angelis ignorari vi testimonio Scripturae secundum communem interpretationem acceptam. Omissis autem improbabilioribus quorundam sententiis à Suarez hb. 2. c. 23. fuscè ac solidè refutatis: Becanus cap. 1. de Angelis q. 10. naturalem rationem esse putat, quia cogitans habet libertatem, ut sua cogitatio non concurrat per modum obiecti cum alterius intellectu: & negando hunc concursum, impedit ne videatur ab alio. Verum licet non sit negandum vniuersè, inesse posse exercitium libertatis in determinatione obiecti praesentis: sicut ipsa inest in Deo respectu luminis gloriae & intellectus Beati, tum ad substantiam suam, tum ad actus liberos intuitu exhibendos; huiusmodi tamen exercitium libertatis nullo modo in nobis ipsis apprehendimus ad occultandos actus nostros: & in Angelis esse nullo constat indicio. De nobis autem vel solus, vel praecipue loquuntur Patres & Scripturae negantes cognosci arcana cordis alieni nisi à Deo.

63. **S**uarez verò cap. citato n. 17. & c. 24. recusat ad defectum specierum, quas ait non fuisse ipis infusas ac congenitas Angelis: quippe quia non naturaliter debitas, sed potius indebitas propter bonum Reipublicae moralis: neque etiam imprimi ab Angelis secreta seruantibus, quamuis imprimi possent: quippe quia pendet à libertate Angeli occultantis, ut speciem secreti sui imprimat, aut non imprimat.

**S**ed contra: primò, ad cognoscendum obiectum, si praesens est per se sufficenter & proportionatum, non requiritur species, ut disp. praecedenti ostendimus. Ergo frustra recurrit ad defectum speciei. Secundo, nullum in nobis (de quibus tamen praecipue Scriptura & Patres) experimur vestigiū libertatis in imprimendis secreti speciebus nostrarum cogitationum. Ergo quoad actus nostros alio recurrendum est. Tertio, si non est in libertate cogitantis impedire ne sua cogitatio speciei sui vel habitum producat in intellectu proprio: ita neque in alieno, si parem habet visum. Ergo utriusque imprimi necessarium. Ergo ipsius cogitatio potest non minus cognosci ab intellectu alieno, quam à proprio, cum nihil aliud iuxta Suarezem requiratur. Quod si idem responderet, ostendit tantum conducibilis esse, ut vniuscuiusque cogitationes imprimat speciem intellectui proprio, quàm ut alieno: sed non probat vnum esse naturaliter subiectum magis liberati, quàm aliud.

64. **A**lij tertio, ut Vasq. disp. 209 c. 10. censent rationem à priori respondendam esse ex parte quidem intellectus Angelici, in ipsius limiti-

tionem naturalem: ex parte verò obiecti, in naturam illorum actuum, & specierum, & habituum, qui non habent debitam proportionem cum naturali facultate intelligendi aliorum Angelorum: ut à posteriori colligimus ex principis fidei, & locis Scripturae citatis num. 30.

**S**ed hanc improportionem difficile ostendit. Etenim actus interni sunt proportionati intellectui Angeli elicenti, à quo esse cognoscuntur non tantum experientialiter quando sunt: sed etiam reflexè & recordatiue, postquam desierit esse. Ergo non videtur esse improportio intellectui alterius Angeli, saltem perfectionis, aut aequè perfecti: ita ut illum excedant. Quod enim non est improportionatum vni, non est improportionatum alteri eiusdem speciei, & aequè perfecti, ut etiā subtiliori & perfectiori in virtute intelligendi. Secundo assignari nequit, in quo sit talis improportio cum intellectu alieno. Inuit aliqui inde oriri, quod tales actus eliciantur à nobis, non ab aliis, cum intentione & attentione vitali: ideoque nobis quidem esse intelligibiles, non aliis.

**S**ed contra: primò, haec responsio non valet in speciebus & habitibus, qui non eliciuntur vitaliter. Secundo, quod actus à nobis vel ab aliis eliciantur, ponit tantum extrinsecam denominationem in actu, nec vllò modo determinat eius naturam seu substantiam. Ergo non reddit illam magis aut minus intelligibilem. Loquor de actu quoad qualitatem, quae de nouo producit: quam si vident Angeli, norunt infallibiliter ex illo indicio attentionem vitalem principiatque ita non hinc quicquid ad actum pertinet.

**D**icunt aliqui propinquitatè passim ad agens esse tantum denominationem, non in se: & tamen iuuare agens ad agendum. Respondeo propinquitatem non facere agens magis potens ad calefaciendum, v. g. neque passum, magis calefactibile naturà suà: sed tantum determinere passum intra sphaeram agentis: quod, cum sit limitatum, non potest agere ad quaecunque distantia. At Aduersarij dicunt actus alienos esse naturà suà incognoscibiles Angelo, eo solo quod alieni sunt, id est, elicti ab alio: & nisi sint naturà suà incognoscibiles: non apparet, quare sint incognoscibiles ex eo quod ab alio eliciantur: magis quàm motus localis, aut alius effectus quod ab alio fit. In quibus tamen illa conditio est manifestè impertinens.

**N**eque plus proficiunt alij, qui ad inhaerentem recurrunt: ita ut actus, & species, & habitus, eiusdem sint, ut per se non innotescat, nisi illis quibus identificantur, aut inhaerent: quemadmodum, inquit, sunt aliqui sensus, qui non possunt percipere nisi obiecta realiter coniuncta: imò aliqui putant tactum non percipere prima quantitate, nisi sibi realiter inhaerent.

**C**ontra enim primò: actus producti realiter, & species, & habitus, etiam secundum rationes specificas, & comparatiuas ad obiecta, non identificantur intellectui aut vniuersitati

renia  
feliciter  
Refutatur  
varia  
fiones

Suar.  
Becan.  
Sententia  
Becani re-  
futatur.

Alia  
Suarezis  
opinio re-  
citur.

Alia  
Vasq.  
quis sen.

66.

sed tantum ipse se habet. Inhaesio autem quae conferat potentiam multa alia non inhaerentia cognoscenti, tam obscurum est, quam id de quo est quaestio. Ac petatur omnino principia. Quaeitur enim cur cognoscat Angelus actus suos, & eiusdem speciei, & respondet, quia non potest cognoscere nisi sibi inhaerentes: id est, nisi suos, & non alienos. Secundo ut recte arguatur Rubio in 2. dist. 9. q. 4. art. 2. conclus. 1. Inhaesio actuum minus est, quam veritas inhaerentia, & intimitas, seu potius identitas substantiae & facultatis: unquam ad se ipsas. Ergo non magis potest naturalis illorum inhaerentiam agnoscere. Praeterea Angeli multa in aliis cognoscunt, quae non minus ipsis inhaerent, quam actus in se, & speciei, & habitus. Multa etiam cognoscunt sibi non inhaerentia. Ergo inhaesio videtur respectu illorum esse impertinens ad cognoscibilitatem. Quicquid sit de exemplo tactus, inhaerentibus (ut aiunt) qualitatibus ad tactum. Quod tamen falsum esse existimo. Nam experimur ad tactum rei calidissimae v. g. maioris sensum excitari, quam potuerit tam repente produci calor in parte tangente.

Respondent alii variis reperiri inter res proportionem, quae ad agendum, aut patientium per se autem conferat: & talem proportionem deesse posse inter obiectum aliquod & actum intellectum, quae inter idem obiectum, & alium intellectum aequalem, aut etiam inferiorem, non deest. Sic oculos deteriores videre quaedam, quae meliores non vident: aut videre per aliquid, puta per crassa conspicienda, aut lucem tenuiorem, vel medium tenebricosius, per quod meliores non vident. Neque vero qui potest naturaliter aliquid in se, aut aliter cognoscere, posse statim omne ignobilius. Sensus enim externi non intuentur inhaerentia, & alia quaedam ignobiliora suis obiectis, in tantum intuentur suos actus, non suos actus: mens suos actus, non habitus & speciei.

Quae respositio improprietatem aliquam naturalem hic esse posse innuit magis obscure, quam detegit. Cumque nullum discrimen appareat inter actus proprios, & alienos similes, praeter inhaesionem aut emanationem ab eodem subiecto, quae producantur: non apparet quidnam hoc extrinsecum actibus, conferre possit, quod minus alieni naturaliter intelligi queat, praeterim vero ab intellectu speciei eiusdem, & solo tantum numero differente. Neque apparet, quomodo possint duo intellectus esse eiusdem speciei, si unus potest attingere aliquod obiectum, quod alter non potest, nisi ex defectu proportionis aut propinquitatis sufficientis, vel alio impedimento extrinsecum: sed ex naturali disproportione inter potentiam & obiectum. Quia tamen nihil occurrit melius: existimo huic vltima ratio sic explicata acquirendum esse. Maxime cum in proportione potentiarum cum obiectis, magis innotescat nobis experientia, quam ratione.

Nisi quis malit adherere Scoto, Occamo, Gabrieli, Maiori, Bassolio, & aliis quos refert & sequitur Theoph. Raynaud. dist. 4. Theolog. naturae. q. 1. art. 4. num. 8. assertentibus rationem ignorantis cogitationis cordis alienam & naturalem tantum esse quod etiam docet Pet. Hurtad. disput. 12. metaph. sect. 4. num. 31. Nimirum quia Deus id non permittit, seu negatiue impedit, non concurrendo cum intellectu, vel potius cum obiecto ad determinandum intellectum: idque propter bonum vniuersae moralis Reipublicae Angelorum, & hominum: cuius plurimum interest, ut affectus & actus interni, non sine aliis noti, nisi manifestante aut volente subiecto, regulariter saltem & ordinari: sicut propter bonum vniuersae physici Deus negat concursum bonis & malis Angelis ad caelos, aliter mouendos aut stantes, ad terram centro suam mouendam, ad domos & vrbes euerendas, aut transportandas localiter, ad fascinandos vel deridendos homines, nisi quando magis & malicis adhibitis aliquid tale permittit, quod per se demones sine maiorum opera, quae praestare possent, nisi impedirentur: quae madmodum etiam permittit interdum arcani cordis cognoscere a demonibus, & reuelari, quod aliquem bonum suum pro uidentia: & contingit in exorcismis & vix in Iuliodunensibus frequentissimum id fuisse testantur plures viri graues & de digni.

Quae opinio, licet haec praecipue difficultatem patiat, quod durum esse videatur Deum communiter impedire huiusmodi virtutem determinatiuam & naturalem actuum, illique liberè moderari, vel ad arbitrium eius cuius sunt actus, in nobis saltem & in Angelis bonis, quicquid sit de demonibus, quorum bonum moralis Reipublicae non eodem modo forsalsè Deus curat: maiorem tamen difficultatem patiuntur quotquot alij conantur rationem huius rei naturalem asserere, ut ex dictis supra liquet. Neque viget locus Ieremiae superius explicatus. Nam vt ostendimus num. 46. loquitur de inderutabilitate respectu actuum futurorum. Contra quod frustra opponunt Recentiores aliqui, statim post illa verba, *Ego Dominus scrutans cor & probans renes*, addi, *Qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum aduentionum suarum*. Vnde colligunt scrutationem illam cordis, quam Deus sibi vt propriam tribuit, esse de praesentibus cogitationibus, quia est illa, quae necessaria Deo est, vt reddat vnicuique iuxta viam suam. Est enim inquit) postea particula huius sententiae tanta probatio prioris. Deus autem non reddit mercedem, aut penam pro operibus futuris, sed pro praesentibus & praeteritis. Frustra, inquam, hoc opponunt: quia gratis assumunt, & non probant, posterioriorem assertionem esse probationem prioris: & Deum loqui tantum de scientia necessaria retributioni bonorum aut malorum operum. Quanquam omnia bona vel mala opera absolute fu-

tura pertinebunt ad retributionem, non aequam suam, sed postquam facta fuerint.

Addunt si vera esset sententia ista, Deus non occultaret alieni cordis actus Angelis, nisi ubi fieret iniuria & detrimentum accideret ei, cuius cor inspiceretur. Quae admodum de facto Deus non prohibet Angelos uti virtute sua activa ad extra, circa corpora celestia vel sublunaria, nisi ubi fieret contra bonum vniuersi. At plerumque nulla esset iniuria si cogniti essent Angelis actus intellectus ferè omnes, & motus voluntatis indifferentes: ergo. &c. Maior est certa: quia Deus permittit causas secundas agere iuxta suam virtutem, nisi aliquid graue obstat. Et quando non fit iniuria cognito, fieret iniuria cognituro, si prohiberetur cognoscere, quod potest sine alterius detrimento. Consequens autem est absurdum. Nam sic ordinariè scrutarentur Angeli corda & cogitationes hominum.

Respondet partim coherenter id obijci ab aduersariis, qui alibi dicunt esse aliquod bonum, & quidem magnum, creaturae intellectualis, quod ipsius actus interni, non sint aliis cogniti; habetque sibi suum secretum: atque ita eius actus sint priuari domini ipsius, ut non sint iuris publici, cuiusmodi essent, si essent conspicui omnibus. Quae ratio sufficit ad ealem modum prouidentiae, quem asserimus. Sicut quia vniuerso bonum est non perire quoad suum, & quoad motum caelorum vel astrorum, à liberitate Angelorum; non permittit Deus ut illum quærent, quantum mutare possent in alium aequè commodum, & nihil aliud detrimenti allaturum.

Vrgent, quia manifestum est nullam esse hanc illusionem: Si potest Angelus cognoscere actus proprios, potest & alienos eiusdem speciei. Quia potest quisque Angelorum actus suos iustificantes & beatificos in seipso cognoscere, & non in alio. Et homines ipsi norunt suos, qui tamen demones latent. Nam ut ait sanctus Augustinus lib. 12. de Genes. ad lit. cap. 17. Non nouerat Sathani quantam Iob interioris esset virtutis & gratiae. Et solus Deus nouit eos qui sunt in gratia, iuxta illud Apostoli, *Nouit Dominus qui sunt eius.*

Respondet primò, neque nos, neque Angelos, posse naturaliter cognoscere distinctè actus proprios supernaturales iustificantes, sed tantum confuse experimentaliter, non eos satis & infallibiliter discernendo à naturalibus. Quamuis enim actus supernaturales differant à naturalibus, non solum entitate, sed etiam modo tendendi magis perfectè & laudabili, puta maiore amplitudine cordis, vniuersalitate, & efficacia, seu firmitate affectus, adhaesione & familiaritate cum Deo: non tamen nõ sunt Angeli naturaliter totam illam perfectionem suorum actuum supernaturalium, neque distinctè eos attingendi secundum illam perfectionem qua excedunt mensuram illius gradus ad quem natura non potest

asurgere. Neque dicat demones posse id infallibiliter coniectari, propter experientiam qua norunt alios cum similibus actibus penas inferni euasisse, & beatitudinem obtinuisse. Hæc enim coniectura non est infallibilis, quia non norunt euidenter & infallibiliter virtutes naturalibus, nisi id quod in huiusmodi actibus commune est actibus supernaturalibus & naturalibus: ut ut similia nouerint in aliquibus actibus eorum qui damnantur, vel potius posse possunt naturaliter, si non impediuntur. Confirmatur quia sicut non possunt Angeli naturaliter cognoscere perfectè & germanè alia gratia supernaturalia in substantia: ita neque actus suos supernaturales: quia de re plura dicemus inferius sect. 8.

Resp. 2. quod attinet ad actus beatificos: illos multò magis excedere naturalem virtutem cognoscendi, siue ipsius Beati, siue alterius Angeli. Quare præter notitiam supernaturalem experimentalem, & reflexionem virtutalem ipsiusmet visionis beatificæ supra seipsam, quam habet quilibet Beatus, non cognoscit vllò actu naturali eandem visionem distinctè & germanè: neque potest virtutibus solis naturalibus ita cognoscere; sed confuse tantum & analogicè. Quo pacto posse à demones quoque cognosci, nisi impedirentur, non apparet implicare. Quæ verò hæc repugnant etiam dictis disp. 8. nam. 35. de specie relicta ex visione temporanea Dei, eiusque visionis recordatione. Quia non ibi diximus recordationem tam perfectam haberi posse solis naturalibus, etiam posita specie relicta ex visione: sed absolute posse haberi.

Instant vltimò, sanctos Patres contradicere aperte sententiæ nostræ. Aijunt enim Angelos non magis posse cognoscere cogitationes cordis, quam futura. Respondet soluni Athanasium, qui hoc dicit, citari ab aduersariis in lib. questionum. Antiochum q. 97. Qui tamen liber Athanasij non est, sed recentis auctoris ignoti, ut ostendit Bellarm. in lib. de script. Eccles. in ijs observationis in tomum. 4. Athanasij. Contra verò, sententiæ nostræ fauent S. Basil. & Zeno Veron. Augustin. Gregor. Magnus, Beda, Theodoret, & Theophylact. locis relatijs. 58. & 59. Fauent etiam plurimi recentiores energumenum experientia, in quorum exorcismis frequentissimè fuerunt cogitationum detractiones, volentibus, aut non reuoluntibus ipsis cogitantibus. In questione autem facti multum experientia tribuentur.

SECTIO VII.

Appendix ad locutionem & illuminationem Angelorum.

Iuxta eandem sententiam, quam ut probabilem defendimus, facile est explicare

Solutur prima obiectio contra illam sententiam.

Secunda obiectio.

August.

Angeli nõ cognoscunt naturaliter actus suos supernaturales distinctè & perfectè.

Tertia obiectio ex ss. Patribus.

Athanas.

Bellarmin.

quomodo vnus Angelus alium alloquatur. Nimirum quatenus vnus ad alium conceptus suos dirigit, eosque vult ab illo cognosci. Tunc enim cessat impedimentum, morale determinationis obiecti. Quia desinunt esse secreta cordis respectu illius ad quem diriguntur, quantum est ex parte subiecti contentientis in eorum notitiam. Quam sententiam de locutione Angelorum, quoad rem ipsam, quicquid sit de modo explicandi, tenent præter Scotum, Ocamum Gabrielem, & alios citatos num. 69. sanct. Thomas q. 107. art. 1. & 5. & Thomista communiter, Valent. disp. 8. q. 4. p. 2. Less. lib. 2. de summo bono cap. 10. num. 68. in fine. Vbi ait esse valde probabile Angelos & demones etiam internas nostras cogitationes, cum eis ad ipsos diriguntur, cognoscere, sicut mutuas inter se cogitationes & desideria posita simili directione cognoscunt. Idem etiam magna ex parte docent Henric. Heruzus, & Valq. disp. 211. cap. 11. post sanctos Patres Gregor. Magnum, Basil. Bedam & alios suprãreliatos.

D. Thom.  
Valent.  
Lessius.

77.  
Quomodo vnus clam alius loquitur

D. Thom.

Secundò, iuxta eandem sententiam facile explicatur quomodo possit Angelus aliquid eum solum quem vult, clam aliis, licet presentibus. Quia nimirum eius conceptus determinat illum solum quem vult, & ad hunc ipsum dirigit per liberam voluntatem, ut docet sanct. Thom. art. 1. questionis citatæ. Item quomodo possit & conceptibus suis, & actibus voluntatis, manifestare eos solos quos vult, & quicquid ac quamdiu vult. Neque possit mentiri vnus alteri, quando cum sic alloquitur, ipsosmet actus suos manifestando (ex quo maior inter Angelos fidelitas & communicatio) sed tantum quando loquitur aliter per signa, de quibus infra.

78.  
Quomodo vnus excitat ad audiendum

Tertiò, hæc etiam facile intelligitur quomodo vnus Angelus loquens excitet alium, quem alloquitur: proponendo scilicet illi obiectum, quo excitarur atque determinatur ad illud cognoscendum; ad eum modum, quo alia obiecta potentiam cognoscentem determinant, quando illi proponuntur. Quia tamen Angelus, cum proponit, non attendit ad alia obiecta, vel alia contra præsentia poterit tum Angelus per motum, vel impulsam spiritalem, aut alio simili modo illum auocare, & excitare vehementius obiectis à se propositis. Vt non solemus motu vel impulsu corporeo distracti vel sopiti excitare, vt attendant nostris sermonibus. Quod conueniens est & magis naturale, quam quod ait Theophil Rayn. dist. 4. Theolog. natural. q. 1. art. 7. num. 140. Angelum, cui alius loquitur, excitari à Deo: ita tamen vt si vult pergere esse attentus, Deus se illius voluntati accommodet, neque vterius excitare pergat. Potest autem vnus Angelus non attendere si velit,

Raynaud.

& audientiam negare alteri sibi loquenti si nimirum maioris conatu se applicet ad alia cogitanda. Potest enim vnus Angelus resistere virtuti alterius loquentis, seu determinationis, æque ac virtuti motus localiter.

Quartò, hinc facile explicatur, quomodo possit Angelus loquens, vel vnus si velit, vel plures simul alloqui, atque etiam plures simul loquentes sibi audire. Quamquam eius vis cognoscitiua finita est, atque vis actuum eius obiectiue determinatiua est similiter finita; non videtur posse simul infinitos vel audire, vel alloqui: neque etiam ad quamcunque distantiam, sed intra certam spheram actiuitatis. Quod vltimum nobiscum contra Vasquem affirmant Scotus, Bonauent. Richard. Bassol. Ocam. Gregor. Gabriel, Maior, locis citatis à Suare lib. 2. cap. 28. num. 10. vbi idem censet probabile.

Idem Suarez eodem lib. cap. 28. num. 12. & 13. Valq. disp. 212. cap. 2. & Albertin. principio primo Philosophico, Corol. 16. dub. 2. assert. 1. num. 10. aiunt id quod communiter dicitur: agentia corporea non posse agere in distans, nisi agendo in medium, non esse extendendum ad actiones spirituales, non modò determinatiuas, sed ne quidem productiuas. Præ eademque opinione cita. Albertinus Scotum, Gabrielem, Ocam, Heruzum & Caietanum, Alexandr. & Auicennam. Neque vrgent argumenta quibus Gillius lib. 2. tract. 9. cap. 4. & alii contendunt vniuersaliter nihil omnino posse agere quomodocunque in distans. Nam Scriptura non arguit Deum esse vbique ex operatione simplicitatis, vt ipse male supponit: sed ex modo operandi perfectissimo, plenè possidendo & dominando in effectum. Nec parum ratio coexistentiæ temporalis cum effectu, & localis presentiæ. Nam quod non coexistit, non est: ideoque non potest physicè operari. At quod existit alicubi, etiam si distet, verè est: ideoque non mirum est, si potest operari intra spheram suæ actiuitatis. Quæ nihilominus finita erit, licet agens non agat in toto medio, vel per medium ipsum: & pendebit actio ab eodem medio vt non impedito, nec non vt coagente aut recipiente effectum. Quamuis enim agens non agat in medio, aut per medium: attamen agit in extremum vnus medium, potestque reperire in medio obiectum, trans quod non possit agere.

Nihilò magis vrgent argumenta, quibus è contrario Vasq. disput. 212. cap. 2. & Caietan. ad quæst. 107. artic. 4. contendunt Angelos posse loqui ex quacunque distantia: cuius oppositum paulò ante asseruimus, sequiturque ex dictis disput. præcedenti sect. 1. & vlt. de determinatione obiecti Angelis necessaria: potestque obiter confirmari ex Scriptura, Zachariæ 2. Apoc. 14. ver. 17. & 18. Matthæi 12. ver. 43. & aliibi, vbi significat Angelos tam

79.  
Quomodo plures simul alloquatur vel audiat

Suar.

80.  
Valq.  
Albertin.

Dari pos.  
test actio  
spiritualis  
in distans.

Gillius.

81.  
Valq.  
Caiet.

Angeli nõ possunt loqui ex quacunque distantia.

eam bonos; quam malos; ut mutuò colloquantur; ad se invicem accedere; quasi loqui non possunt ex quacunq; distantia. Illustris est idem ille Mathæi abbi expensus. Nec obest quòd Luc. 16. Dives epulo ex inferno videt & alloquitur Abrahamum in limbo positum cum paupere Lazaro. Nam vel loca vicina sunt; & distantia physice non est tanta; licet moraliter sit magnum chaos propter impossibilitatem transmeationis ex uno eorum statum in alium. Vel potius colloquium illud fuit quoad modum supernaturale; ut & alia multa ad damnatorum statum spectantia. Pertinuit verò ad iustitiam divinam; ut dives ille cognosceret statum pauperis; & optaret ab illo refrigerium; nec tamen obtineret.

Luxta alteram verò sententiam; quæ negat Angelos propter improprietatem naturalem cognoscere posse actus alienos; dicendum est; Angelos loqui non per conceptus immediatos; sed per aliqua signa naturaliter ab ipsis cognoscibilia. Quæ possunt esse multiplicia. Primò scilicet; per voces externas; quas motu hominum formant in corporibus à se assumptis: ut sacræ literæ testantur sapius fecisse Angelos loquentes cum hominibus; atque etiam inter se. Secundò; formando easdē voces & sonos articulos sine corporibus assumptis; solo impulsu & allisione aëris. Possunt enim sine lingua & labiorum & palati instrumento sic aërem per seipsum movere & allidere; ut sonos edant similes humanis vocibus articulatis. Tertio; per solam aëris commotionem; id est; sine sono; variè factam; & institutam ex placito ad hoc aut illud significandum; prout tali vel tali modo fit; & in hanc aut illam figuram. Quarto; sine aëre; vel alio corpore; per varios motus locales sui ipsorum in varias figuras; ad eum modum quo homines loqui solent per gestus; & nutus; aut scribendo & exhibendo aliis characteres aut hieroglyphica; conceptus suos significantia. Possunt autem Angeli tales motus locales celerrimè facillimèque exercere. Et quidem citius; quam homines possunt formare voces; quibus inter se colloquantur. Quintò; ut nonnullis videtur; producendo liberè qualitatem aliquam spiritalem; & pendemem in conservari continuo influxu Angeli eam producentis; per cuius varios gradus intensiois & remissionis; aut alias modificationes ad placitum significantes; inter se colloquantur. Sicut nos tacimus per varias soni conformationes & articulationes. Hæc autem qualitas dici potest vel in solo loquente prodaci; unde alium excitet obiectivè; vel solum in eo cui loquitur; vel etiam in utroque; sicut sonus noster & in ore loquentis; & in aure audientis producitur. Medium autem; si est corporeum; non est capax huius qualitatis: spiritale verò non semper ingeriacer. Sed quemadmodum antea diximus; non est philosophandum de agentibus spiritualibus; ut

de corporeis; quoad distantiam. Addunt aliqui sextò; loqui posse Angelos per productionem specierum quarundam crassiorum & cognoscibiliorum; significantium naturaliter; quarum liberè producendarum facultatem à Deo acceperint; ad munus conloquendi; necessarium vitæ politicæ & socialis; qualem expetunt naturaliter Angeli.

Ex quibus modis loquendi; quatuor primò esse possibiles patebit inferius disp. 4. de potentia Angelorum. Hic tantum adverto; tres priores necesse Angelis esse necessarios; neque illis per se & proprie convenire. Nam Angeli sunt puri spiritus; non egent corporibus; siue sint; siue ut vitam socialem inter se vivunt connaturaliter. Et quamvis Deus mundum corporeum non condidisset; ut non fuit necessario conditus respectu Angelorum; esset tamen inter illos fermocinatio; non per signa corporea; quippe tunc nulla: Ergo alia merè spiritualis; puris spiritibus convenientior & magis propria. Quartus scripturam magis quam fermocinationem & locutionem reddet; aut gestulationem; qualem inter eos; qui per nutus loquuntur. Vniuersam tamen omnis conceptuum communicatio; siue per nutus; siue per scripta; vel alia signa; locutio quædam est. Quintus autem modus à paucis admittuntur; & non patet quomodo ultimus sit naturalis Angelis; aut possibilis naturaliter. Parumque convenit hæc productio; seu qualitatis; seu talis speciei; cum iis quæ communiter docent eisdem & alij Theologi cum D. Thoma; de productione specierum Angelicarum; & de potentia eorundem effectiva ad extra; cui nihil aliud tribuunt; quam posse efficere motum localem; & quæ vi motus localis sequuntur; aut ad illum pertinet; ut virtus impressa proiectis. Ac si species illa dicatur esse permanens; motu aliarum specierum intellectuum nobis notatum; parit confusioem in locutione Angelorum; quam parerent soni nostri; si durarent. Deinde si; ut supponit Suarez auctor huius opinionis; Angeli non possunt naturaliter cognoscere cogitationes aliorum in seipsis; non possunt per has species determinari & iunari; ut cognoscat illas cogitationes in seipsis; vi huiusmodi species in eorum quædam mediis incogniti. Alioquin cogitationes cordis non magis essent illis ignotæ naturaliter; quam alia obiecta quorum species habent. Cùmque species sit tantum necessaria; ut supplet vicem obiecti; superfluum est quando obiectum est per se præsens; & per se aptum determinare potentiam alioquin sufficientem ad ipsum cognoscendum; præstantque per se ipsum id quod species præstaret in ipsius absentia. Item illa species debet produci immediate ab actu cuius est species; motu aliarum specierum quæ producuntur ab obiectis quorum species sunt. Ergo producitur necessario; posito actu; neque potest impediri à voluntate.

827  
Examina-  
tur vari  
modi lo-  
quendi per  
signa

An loqua-  
tur im-  
mediò spe-  
cies suæ  
conceptu



producat: sicut non potest impediri, ne producat habitum, aut speciem sui, valentem ad recordationem; & alia obiecta non possunt impediri naturaliter, ne speciem sui producant in subiecto apte.

84. Confirmatur, quia licet utamur, quando volutus, aliquibus qualitatibus ad aliquos effectus; ut speciebus & habitibus ad intelligendum: hoc tantum verum est, quando effectus non possunt prodire ab illis solis qualitatibus, sed solum concurrente aliqua potentia subiecta nostrae voluntati, & qua potest ad agendum applicari. Ut in exemplo alio, habitus & species solae non possunt efficere intelligentiam sine intellectu concurrente, qui subest ad quatenus voluntati, potestque ab illa liberè applicari ad intelligendum. Sed quando effectus prodit necessarìo à sola illa qualitate, sine concursu potentiae subiectae voluntati: non potest voluntas illi liberè dominari. Ut patet exemplo habituum, & specierum impressarum, quae producuntur ab actibus in eodem subiecto, quas impedire non possumus post actum.

85. Præterea illae omnes opiniones hoc habent incommodi, quòd Angelus loquens talem aequat alios, praesentes; sed necesse sit recedere in secretiorem & remotiorem locum, è quo talia signa, siue arbitraria, siue naturalia, tamen ab aliis non possunt. Tandem autem ob causam, propter quam necessaria est collocutio, secreta quoque communicatio necessaria est. Nimirum propter bonum ordinem, & regimen, ac perfectionem socialis vitae. Vltimus omnium modi praedicti, excepto ultimo, sunt per signa ex instituto libero. Ergo ut inveniatur, debuerunt Angeli inter se convenire, & consentire ad institutum. Atqui ut hanc conventionem & consensum inter se communicarent, debuerunt aliqua alia signa invenià habere, de quibus idem argumentum addit.

86. Responderi potest, quòd sicut inter homines possunt esse lingua prima, in qua conveniant, & quibus sese utcumque intellegant, & quae tali progressu in infinitum (nam & qui in barbaros incidunt, verbis efficiunt, ut aliquatenus ab illis percipiantur, licet nunquam cum illis antea mediata vel immediata convenierint) sic inter Angelos: eoque magis, quòd in intelligendo sagaciores & promptiores sunt. Sed nihilominus sapra tamque perfecta communicatio, quanta fuit inter illos statim post creaturam, & cum primis parentibus Hebraeo idioma, quo vix, aut non du, primi parentes inter se adhuc uterant, & cum Deo brevissime cantabat, quantum apparet ex Genes. 2. & 3. videtur probabiliter ex conventionem & institutionem mera haberi potuisse. Ideo

que aliter respondet Albertin. tom. 1. Corol. pag. 73. Desum à principio infudisse Angelis noticiam signorum arcanam cordis significantium: sicut ab initio primis parentibus infudisse Hebraicæ linguae noticiam, atque ipsis etiam Angelis: nam Dæmon per serpentem Hebraicè cum Eva locutus est. Et in confusione Babylonica similiter infudit hominibus noticiam linguarum primigeniarum: quippe qua non potuerunt tam repente ab hominibus ipsis institui. Ut autem Angelus quilibet posset cui vellent communicare cordis sui secreta, & aliis celare, quamvis praesentibus, quod ad vitam socialis perfectionem valde conducit: addit Deum singulis Angelis infudisse noticiam habitualem signorum aliquorum, quibus posset quisque, si vellent, ab illo solo intelligi. Ita ut ex grat. Angelus Michael loquatur, si velit, Angelo Gabrieli idioma illi soli noto, quodque sit tantum commune illis duobus, & ignoretur omnibus aliis. Atque ita inter quosvis duos Angelos sit commercium alicuius idiomatis ceteris incogniti: totaque sciat idioma quilibet Angelus, quod sunt Angeli: & tot ignoret, quot sunt combinationes duorum Angelorum in vicem colloqui potentium. Atque hinc verum sensum esse purat eius quod ait Paulus 1. Cor. 13. si linguis hominum loquar et Angelorum.

87. Sed contra: Primo, illa idioma Angelicorum multiplicatio propemodum infinita, est nova, & hæcque omnibus Patribus, Theologis, & Scripturae interpretibus incognita. Frustraque recurrit ad tot linguarum, siue notarum habitualium infusionem, ut rem exponat, quæ via longè faciliori explicari potest. Secundo, hæc opinio non vitat incommodum, propter quod solum vitandum excogitata est. Cum enim signa illa non sint secreta cordis; non habent unde naturaliter lateant alios quosvis Angelos. Quare sicut videntur ab eo quem alloquitur: sic naturaliter videri possunt à quolibet alio æquè praesente, vel non nimis distante. Atque ita saltem ex frequenti usu poterit quilibet Angelus discernere quid significant. Quare non diu poterit unus alteri loqui, latendo reliquos praesentes.

88. Propter hoc incommodum Marat. disp. 34. de Angel. sect. 8. & 9. post aliquot Revertentes, quorum consuetudinem meminit, putat Deum ab initio creationis infudisse unicuique Angelorum species eorum omnium conceptuum, quos alij Angeli vellent deinceps ei communicare per allocutionem: quæ tamen species non illis inferuiant, nisi quando alius habet huiusmodi conceptus, vultque illos ipsi communicare.

89. Sed contra: primo, hæc opinio ponit species infinitas in Angelis ab initio infusas: infiniti enim sunt conceptus, quos Angeli communicabunt in vicem per æternitatem

à parte post. Secundo, nulla potest addi ratio, cur eiusmodi species non inseruiant Angelis ab initio creationis, ad cognoscendum abstractivè conceptus deinceps sibi communicandos. Tertio, quæcumque diximus numero 83. contra species recens impressas ab Angelis, pugnant æqualiter contra hanc sententiam. Quarto, non potest in hac sententia vnus Angelus excitare alium ad audiendum quod ad commercium sensationis inter Angelos necessarium est: quamuis non sit necessarium respectu Dei, quia cum omnia necessaria intelligat, supposita eorum veritate, non eget excitatione. Supponamus enim Angelum habere cogitationem aliquam, quam nondum vult communicare Angelo, postea autem vult communicare. Quæro, quomodo nunc illum excitet magis quam antea? Non quidem solè existentia cogitationis suæ: nam antea existerat, neque tamen excitabat. Non etiam impressione speciei nouæ, aut qualitatis alterius in Angelo quem alloquitur. Nam hæc opinio nihil tale ponit: imò putat esse incommodum dicere, Deum perpetuo occupari in cuedendis nouis & nouis speciebus, ad arbitrium Angelorum loquentium. Et ad quod superflua esset species ab initio infusa, si nouæ imprimerentur, quæ ad hoc sufficerent, vt conceptus alios immotescerent. Non etiam à directione voluntatis, id est, ex eo quod voluntas Angeli velit suum conceptum alteri immotescere: nam hic actus voluntatis immans est, & non agit in intellectum alterius Angeli, neque illum iuuat, vt intelligat id, quod de se non potest intelligere. Adde, quod alioqui possent Angeli alios alloqui ex quacunque distantia: quia ex quacunque distantia possunt dirigere suum conceptum ad alios per actum voluntatis. Consequens autem esse contra Scripturam ostendimus num. 81.

89. Quo modo Angeli Deo loquuntur.

Et hæcenus de locutione Angelorum ad inuicem. Nam Deo loquuntur immediate conceptibus & affectibus, sine vlla causalitate motiua, seu excitatiua, in Deum, qui, propter suam perfectionem, illius indigens aut capax non est, sed completissimus seipso, ac necessario intelligens omne intelligibile, eo solo quod est intelligibile ex parte obiecti. Et hæc locutio est quidem manifestatio voluntaria conceptuum, non tamen quasi re Deo ignota: perficiturque per intellectum & voluntatem solam, nisi placeat Angelis forma externa superaddere per potentiam executiuam, vt supra diximus de locutione ipsorum inter se.

90. Illuminatio Angelorum quid sit, & quomodo fiat?

Iam quod attinet ad illuminationem Angelorum, de qua D. Thom. quæst. 106. illa non differt à locutione, nisi vt species à genere. Quatenus illuminatio est manifestatio veritatum diuinarum, à Deo acceptarum, & ignotarum Angelo audienti: ma-

nifestatio, inquam, illarum veritatum vt à Deo reuelatarum, & sub lumine supernaturalis reuelationis; vt ferè definitur à D. Thom. artic. 1. quæstionis cit. in corp. & ad 1. Locutio verò est generatim quacunque manifestatio & communicatio conceptuum. Quare omnis illuminatio est locutio: sed non omnis locutio est illuminatio.

Thom.

Docet autem idem S. Doctor art. 3. p. 1. S. Dionysium passim in lib. de celest. Hierarch. præcipue cap. 12. illuminationem ita fieri, vt Angeli inferiores illuminentur à superioribus. Quia Deus non reuelat Angelis inferioribus, nisi per superiores. Quare Angeli primæ & supremæ hierarchiæ illuminantur immediate à Deo. Media verò illuminantur per supremam. Tertia denique & infima illuminatur à media, & non habet aliam quam illuminet. Quod tamen non est vniuersalissime intelligendum. Nam Angelus inferior potest illuminare superiorem, & æqualis æqualem, eique aliquid ignotum patefacere, quod à Deo immediate didicerit. Neque est necesse, vt quicquid Deus reuelat inferiori, reuelat per se superiori. Et quod idem Dionys. ait cap. 5. celestis Hierarch. hanc esse legem diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducantur in Deum per superiora: de hominibus dictum est, de quibus tamen non est generalissime & sine vlla exceptione accipiendum. Quia Deus multa minoribus reuelauit, præmissis maioribus: vt in rex. gr. reuelauit Agabo Paulum Hierosolym. visitura, in Actor. 21. quod Paulo & Apostolis non reuelauerat.

91. Dionys.

Monet præterea S. Thom. qu. 106. art. 2. ad 2. eandem actionem vocari illuminationem, prout est manifestatio veritatis: purificationem, quatenus tollit ignorantiam negatiuam: & perfectionem, quatenus confert aliquod ornamentum Angelis illuminatis. Sicque Angelos ab aliis illuminari oportet & perfici.

92.

Illuminatio, purgatio, & perfectio Angelorum sunt eadè.

Porro illuminatio (de qua quoad modum quo fit, non est aliter philosophandum, ac de locutione) siue per conceptus ipse fiat, iuxta Sectum & Nominales citatos num. 69. siue per signa & placitum, iuxta alios, exerceatur: vacat erroris periculo & formidine oppositi respectu bonitatis Angelorum: cum certum sit & euidentibus Angelis, Angelos illuminantes non fallere, neque fallere: quia id repugnat statui beatitudinis supernaturalis. Atque ita neque fident, neque opinem tantum habent, sed euidentiam simplicem, & veram scientiam, de illis etiam quæ per externa signa ipsis manifestantur à sociis beatitudinis. Plura hæc de re videri possunt apud Suar. lib. 6. cap. 11. & sequent. De modo autem quo sancti Angeli illuminant homines, dicemus infra d. p. 43. sect. 11.

99



SECTIO VIII.

An, & quatenus Angeli cognoscant  
mysteria gratiae?

**R**espondeo non nosse quidem Angelos  
haec mysteria gratiae, quae quoad sub-  
stantiam supernaturalia sunt. Secus autem  
ea, quae tantum quoad modum. Declaratur  
& probatur responsum. Primo, loquimur  
hic de Angelis secundum vires solas natura-  
les spectatis, citra reuelationem & familia  
adiumenta supernaturalia. Alioquin enim  
nullum est mysterium ad eodē naturale,  
quod non queat Angelis reddi credibile suffi-  
cienter, ut patet ex mysterio Trinitatis,  
omnium apice, nobis factū credibili. Se-  
cundo, loquimur de actuali existentia, non  
de mera possibilitate. Neque enim dis-  
tributum est, quin generatim & confusē, ex  
naturalibus quae facta sunt colligant Angeli  
alia multa supra naturā vires esse Deo possi-  
bilia. Sed neque etiam ignorant esse in Deo  
aliqua supra id omne, quod ex effectis natu-  
ralibus de eo tanquam naturā auctore  
colligitur.

**T**ertio, loquimur de noticia specifica &  
propria seu germana, entium supernatura-  
lium, ut talium. Alioqui enim norunt Ange-  
li confusē actus suos in substantia superna-  
turali: aequē ac nos, qui experimur in-  
tuituē & cogitā, etiam naturaliter, actus  
notitiae supernaturalis fidei, spei, & chari-  
tatis: etsi non germanē, neque secundum  
supernaturalitatem expresse cognitam. Ex-  
perimur enim huiusmodi actus in nobis, eo-  
dem plane modo, quo similes alios in eodem  
obiectum tendentes, in substantia naturales.  
Ad eodē ut neque actus discernere ab inuicem:  
neque discernere, si loco actus in sub-  
stantia supernaturali, substitueretur natu-  
ralis aliunde similis. Quarto, non est hic ser-  
mo de noticia tantum coniecturali: possunt  
aliam aliquā colligere coniecturaliter: ut  
de substantiationem Eucharisticā, visis  
accidentibus sine subiecto.

**Q**uinto, mysteria gratiae, siue entia super-  
naturalia, alia sunt quoad substantiam: alia  
quoad modum tantum. Priora sunt ea, quo-  
rum substantia, vel entitas, & essentia est  
supra ordinem rerum omnium naturalium:  
ita ut neque ipsa, neque similia, sal-  
tem specificē, aut quali specificē, vi cau-  
sarum naturalium fieri possint. Huiusmo-  
di sunt gratia & gloria, & cetera eiusdem  
ordinis. Posteriora vero sunt ea, quae li-  
cet in entitate & substantia naturalia sint,  
ac vel ipsa, vel similia, contingi possunt vi  
causarum naturalium: superant tamen natu-  
rā ordinem quoad aliquem modum, quo  
vel effecta sunt, vel intrinsecē aut ex-  
trinsecē affecta. Sicut visus caeco restitu-  
tione miraculosē, est supernaturalis quo-  
ad modum efficiendi, seu restituendi. Sic

etiam qualitas intensa supra naturā ordi-  
nem, esset supernaturalis, quoad modum  
illum intrinsecum intentionis: & accidentia  
Eucharistica suspensa à subiecto, sunt quoad  
hoc supernaturalia: & corpus Christi ut in-  
diuisibiliter positum in eodem sacramento,  
aliaque id genus.

Prioris ergo generis supernaturalia esse  
Angelis naturaliter ignota, docent Theo-  
logi communi fere consensu. Ac de qui-  
busdam certum est, ut de mysterio Tri-  
nitatis, de quo id ostendimus disput. 23,  
sect. 1. & disput. 27. sect. 3. Aequē myste-  
rio Incarnationis & Christi diuinitate idem  
ostendimus disput. 1. de Incarnat. sect. 2.  
Et satis patet ex eo, quod si dāmon co-  
gnouisset Christum esse Deum: non eum  
ad peccandum, & ad se adorandum indu-  
cere conatus esset, Matth. 4. vers. 3. & se-  
quentibus: neque ibidem & alibi dubi-  
tasset de ipsius diuinitate, quam tamen pos-  
tea ex multitudinē miraculorum in pel-  
lendis dāmonibus, & aliis mirabilibus, fa-  
ctis à Christo in confirmationem suae diu-  
nitatis, agnouit, & Christum filium Dei  
esse praedicauit, Luc. 4. vers. 41. & alibi. Li-  
cet forte de noticia talis & tam firma  
non fuerit, & caeca malitia dāmonum non  
sape vacillaret. Alioqui enim quomodo ip-  
sus mortem procurasset, ex qua mundi  
salutem, & regni sui tenebrarum euer-  
sionem securam videbant. Procurasse autem  
testatur ipse Christus, cum dixit: *Hec est hora  
vestra, & potestas tenebrarum.* Ad hoc tamen  
probandum non valet illud 1. Cor. 2. vers.  
8. *Quam (scilicet Verbi Incarnationem) ne-  
mo principum huius saeculi cognouit. Si enim co-  
gnouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixis-  
sent.* Nam Paulus eo loco per principes, non  
intelligit dāmones, sed principes Iudaeo-  
rum, ut communiter exponunt sancti Pa-  
tres, & interpretes ibidem.

De gratia supernaturali, & fide, aliis-  
que virtutibus, earumque actibus superna-  
turalibus idem docent sancti Patres: cum  
soli Deo tribuunt ut sciat certū quis in  
eum credat, quis non. Iuxta illud Ioan. 2.  
vers. 23. & sequent. *Multi crediderunt in no-  
mine eius, &c. Ipse autem Iesus sciebat  
semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, &c.*  
*Ipsa enim sciebat quid esset in homine.* Ex quo  
patet inferunt Christi diuinitatem Augu-  
stin. & Cyril. ibidem, aliique Patres. Et  
idem Augustin. lib. 12. de Genesi ad lit.  
cap. 17. dicit à dāmonem non fuisse naturali-  
ter cognitum, quanta virtutis interioris el-  
set Iob, & quanta gratia; atque non  
fuisse aggressurum. Ratio à priori est di-  
uerfitas ordinis inter intellectum An-  
geli naturaliter spectatum, & res su-  
pernaturales: quae sicut entitativē sunt  
alterius eiusdem ordinis, quam sit na-  
tura Angelorum: videntur etiam non im-  
merito esse obiecta illi disproportionata  
quoad noticiam propriam & germanam  
entis supernaturalis quae talis, & esse

93.  
Exponitur  
status qua-  
sitionis.

94.

95.  
Supernatu-  
rale est du-  
plex: quo-  
ad substan-  
tiam, & quo-  
ad modum.

96.  
Supernatu-  
ralia quoad  
substantiam  
sunt natu-  
raliter An-  
gelis igno-  
ta.

97.

Augusti-  
nus tract. 11.  
Cyrillus lib.  
2. in Iohan.  
cap. 17.

extra ac supra sphaeram, cognitionis naturalis, quae naturam Angelorum sequitur, eique commensuratur.

98. Posteriora vero, quae sunt tantum quoad modum supernaturalia non consentent à Theologis communiter excedere vim naturalem cognitionis Angelicæ. Quia sunt simpliciter intra limites ordinis naturalis secundum se, vel secundum aliquid simile specificè, aut quasi specificè. Ideoque si aliunde nihil obstat, non est cur subtrahantur cognitioni Angelorum. Atque ita norunt Angeli naturaliter Christi Domini humanitatem carere propria substantia: & accidentia Eucharistica privari inhærentia: & Christum esse sub speciebus modo spiritali, non est, indivisibili, qui modus nihil aliud est, quam Christus ipse replicatus in modum spiritus, non minus de se cognoscibilis, quam spiritus replicatus in spatio divisibili. Quae replicatio licet Angelo sit naturalis, non corporis non obstat, quin sit in utroque cognoscibilis, quantum est de se. Quemadmodum licet penetratio corporum non sit naturalis, ut est penetratio Jurium formarum substantialium vel accidentalium: utraq; tamen est de se cognoscibilis aequaliter. Connaturalitas enim vni & non alteri, non insauit, neque auget cognoscibilitatem, cum Alioqui res eadem vel similis sit. Ut ex opposito, licet gratia & gloria esse alicui creaturæ connaturalis, non propterea magis ab Angelo cognosci possit in tali creatura, quam in aliis, quibus est supernaturalis. Connaturalitas enim illa non faceret, ut esset Angelo naturaliter cognoscibilis, cum alioqui secundum se sit entitativè supernaturalis.

99. Dices: si demones cognoscebant naturaliter humanitatem Christi privatam esse propria substantia: quomodo statim ab

initio non inde cognouerunt, tanquam ex certo indicio terminari diuina? Respondeo primo esse forte possibile substantiam creatam privari propria substantia, neq; tamen terminari aliâ: quod multi putant esse verisimile. Quod si non possit, tamen id ipsum potest latere Angelum: quia non cognoscit quicquid Deus potest supernaturaliter, aut quicquid non implicat in ordine ad absolutam eius potentiam. Poterat etiam Dæmon suspicari mysterium, & presumere impediri à Deo cognitionem substantiæ creatæ & naturalis. Ac denique licet dæmonis potuisse presumere hypostaticam unionem diuinam; at non ideo certo nosse, multoque minus germanè: de qua notitia nunc loquimur.

100. Instabis, quia modus hypostaticæ unionis, non est quid supernaturale in substantia, magis quam existentia indivisibilis corporis Christi in Eucharistia. Ergo poterat à Dæmone cognosci. Respondeo negando antecedens. Nam unio illa inuoluit hypostaticam Verbi diuini, & ex parte identificat eum illa. Vnde saltem eatenus est supernaturalis in substantia, & superat omnem vim causarum naturalium, sive in seipsa, sive in simili specificè, aut quasi specificè. Infinitè enim distat ab unionibus, aut modis subsistendi quorumuis eandem ordinis naturalis. At præsentia Christi indivisibilis nihil aliud est: quam ipsa met entitas naturalis corporis Christi replicati indivisibiliter, ita, ut sit totum in toto spatio, & totum in qualibet eius parte. Quæ præsentia similis est indivisibili præsentia Angeli, excepta penetratione partium eiusdem corporis, quæ non est aliud in substantia, quam ipse partes corporis, & quoad modum illum se habent si non differunt per penetrationem plurium formarum materialium, naturaliter possunt, & ab Angelis cognoscibili.

Satis fit obiectio.

100. Vniq; hypostatica non videtur à dæmonibus.

DISPUTATIO  
 QUADRAGESIMA.  
 De modo cognitionis Angelicæ.

- Sect. I. An intellectus Angeli sit quandoque in potentia, quandoque in actu intelligendi: aut contra, necessario semper intelligat?
- Sect. II. An Angelus possit multa ut multa intelligere?
- Sectio III. An Angeli discurrant intelligendo?
- Sectio IV. De reliquis ad modum cognitionis Angelicæ pertinentibus.